pet. barotti

✠

Opera Petri Barocii

Episco. Paduani ...

...

...

✠

... 43

md Chr. Phil. et medic.

CLARISSIMI VIRI PETRI BARROCII, PATRICII VENETI, EPISCOPI PATAVINI.

DE MODO BENE MORIENDI.

EIVSDEM

Consolatorij LIB. III.

Officium ad deprecandam pestilentiam.

Officium ad impetrandam pluuiam.

Officium ad aëris serenitatem poscendam.

Omnia nunc primùm impressa, non sine pri-uilegio, ac mulcta, & excommunicationis pœna, ut in priuil. cont.

BERNARDINVS SCARDAEONVS PATAVINVS PRESBYTER MARCO VNGARIO PATAVINO PRESBYTERO. S.

Opusculum iampridē ad nos missum, quod de ratione bene moriendi scripsit uir ille ꝑclarus Petrus Barrocius Episcopus Patauinus: unà cum eiusdem cōsolatorio libello, ac hymnis, et orationibus Deo decantādis ad propulsandam pestilentiam: & ad serenitatem pluuiam'qꝫ poscendam legi, & perlegi diligētissime: atqꝫ ex tuo mandato à multis mendis, quas librarii inscitia temere inuexerat, pensiculate inter legendum uindicaui. Feci ergo quod imperasti: & pēsum persolui meū. Non uideo cur deinceps tam pia, ac salutaria opuscula occludi diutius latebris debeant. Est enim omnibus mortalibus summe necessaria disciplina bene moriendi. Nihil sanè in uita expedit magis, q̄ ꝓuidere vt pie sancte'qꝫ moriamur: quādo nullibi erratur grauius, q̄ in morte. Nā quoquomodo id euenerit, actū est. Siquidem tantum semel accidit: nec corrigi, aut reparari ullo ingenio potest. Propaganda itaqꝫ est hęc doctrina, ac diuulganda passim per orbem uniuersum. Non enim potest tā

ſalutiferum animæ laborantis antidotũ ſupprimi ſine magno ſcelere. Debemus id quidem cõmuni omnium uiuentium utilitati; nec minus gratiſſimæ memoriæ Epiſcopi iam defuncti, uiri optimi, & optime de nobis, ac totius Chriſtianæ pietatis nomine meriti. At forte dicas. Vbi nam Petri Barrocii fama non fulget? qui unus omnium hac tempeſtate (ſi fateri uerum liceat) uerum Paſtorem, uerum Epiſcopum egerit: &, qualẽ requirebat Apoſtolus, irreprehenſibilem? Fuiſſe ſane' hunc, dum uixit, ſemper pręclariſſima fama pro exẽplo ſummæ cuiuſq; uirtutis lõgẽ late'q; notiſſimam haud ignoro: haberi'q; item adhuc ab omnibus in quocunq; genere laudis inſignibus iudiciis, citraq; omnem inuidiam antiſtitem: & qualis deinceps deſiderari quidem poſſit: ſed (quæ noſtratium peruerſitas morum eſt) ſperari uix poſſit. Atqui ſane' celebritas iſta nominis, non tam incorruptis literarũ monumentis, q̃ uiuis potiùs pectoribus ineſt; idcirco non uidetur diutiùs ſtare poſſe, niſi ſuomet perpetuo teſtimonio firmiſſimẽ roboretur: ut non alienis magis, q̃ propriis ſcriptis, imortalitate donetur: anchoris (ut aiunt) fulta duabus. Quare, Marce ſuauiſſime, hæc forte' nacti ex multis, quæ ſanctus ille uir ſcripſerat, edenda q̃celerrimẽ cenſeo; ſi conſultum cõmuni commodo, ſi ab iniuria temporum celebre Petri Barrocii nomen tueri uelimus. Id erit & Venetæ, & Patauinæ ciuitati ſummæ glorię: quando illa tanto ciue, & hæc tali gloriatur Epiſcopo. Extant pleraq; (ſcio) & culta, &

grauia opera huius hominis, quò magis admiror esse, qui ea supprimant, aut perire permittant. Sed excitati forsan hoc exemplo, & ii, penes quos latent, in lucem subinde proferent: & expectantium desiderio satisfaciēt, uel serò. Quis enim uel ex doctissimis quibusq; uiris iandiu opus hoc benè moriendi, cupidè, & obuiis (ut dicitur) ulnis non expetat, uel ex eo etiam solo: quod legat, M. Ant. Sabellicum uirum eruditissimū itidem diù antè per optasse? Scribit siquidem in Dialogo, quem de latinę linguę reparatione confecerat: desideriū suū, his uerbis. Vt de aliis sileam: quis est tàm stupidi ingenii, aut ab humanarum literarum studiis, tàm alienus: qui in Petro Barrocio Patauino antistite, eodem'q; Veneto, utrunq; dicendi genus non suspiciat, & miretur? Incidi quandoq; in eius carmen. nihil grauius uidi unq̄: nihil magis pium, magis'q; religioni accomodatum. Cupio uehementer uidere opus ab eo de optimo genere moriendi nuperrimè absolutum: in quo audio omnia diuinè ab eo composita. Hactenùs de Episcopo nostro, & de opere isto Sabellicus q̄ honorificentissimè. Te modo Marce quæso, huic rei præstò adsis; & unà mecum enitere, & ope, & industria tua: ut libellus iste certè aureus chalcographis q̄ primùm datus; in manus omnium ueniat q̄ emendatissimus. Quòd autem uideris subdubitare de compositione quasi horridula & subobscura: nihil est q; uerearis. Non enim idem cunctis doctis stilus: alius alio dicendi genere capitur. Est autem

Episcopo nostro seorsum ab aliis stilus suus pe-
culiaris: ut & Ciceroni, & Plinio, & Quintiliano,
& Senecæ fuerat: & (ut de nostris loquar) ut Am-
brosio, Augustino, Hieronymo, Cypriano, La-
ctantio, Gregorio, Bernardo, ac reliquis tam do-
ctis, q̃ sanctis uiris. Differunt quidem omnes isti
inter se mirum immodum dictione: pari tamen
ferè eloquentiæ laude censentur. Enimuerò Epi-
scopi nostri stilus pulcher est, magis q̃ comptus:
& grauis, magisq̃ disertus: atqui re uera latinus in
primis, & castus: atq; etiam ornatus: uel hoc ipso,
q; minimè ornatus esse uideatur: ut est de muliere
dictum: quæ ideò benè olere, quia nihil olebat, ui-
deretur. Quod uerò dictio plerunq; continuata le-
ctorem suspendere uideatur: id accidit aut materię
difficultate, aut crebra parenthesi, quæ est Episco-
po nostro, in hoc præsertim opere, perq̃ familiaris.
Dum enim studet breui multa concludere: inter-
serit'q; eo studio non infeliciter pleraq; ex sacris
literis ualdè cõmoda: periodum producere con-
sueuit: quod insolitis primò uideri potest obscu-
rum: at mox, ubi animaduerterint, & perspicuũ,
& decorum fit. Sed iam de stilo, & compositione
satis. Hic te modò, candidissime lector, appello:
perlege, obsecro, has lucubrationes: & fideliter
animo retine, quæ legis. Non enim hic tibi re-
ctè dicendi præcepta traduntur: sed ratio benè mo-
riendi: quæ eò attentiùs ab omnibus perdiscen-
da est, quò certiùs est omnibus moriendum. Po-
test Grammatica, Rhetorica, Logica, Arithmeti-

ca, & cæteræ artes, quæ liberales appellantur, a' multis ignorari sine uitio: at benè moriendi ratio ignorari a' quoq; sine maximo scelere, atq; discrimine non potest. Quare accingat se pro uiribus quisq; suis ad percipiendam istam sapiētiam: et discat in tota uita rectè, et laudabiliter uiuere: ut semel contingat benè, et feliciter mori. Vale. In agro Patauino ex uico nostro Murellarum. M D X X X I. Calen. Iunii.

PETRI BARROCII PAtricii Veneti, primùm Bellunensis, demum Patauini Episcopi, DE RATIONE BENE MORIENDI ad Marcum Barbum P. V. Patriarchã Aquileiensem S. R O. Ecclesiæ Car dinalem, Epm Prænestinum.

LIBER PRIMVS

M OSES in deserto Pharam, cũ iussu Dei (sicut in Numeris legimus) duodecim, singulos de tribubus, elegisset, quos ad considerandam terram Chanaam mitteret: post multa, quæ de terra, de populo, de urbibus, inquirenda mandauit: Afferte nobis, inquit, de fructibus terræ. At illi peragrata quadraginta die bus omni regione, abscissum cum uua palmitem, ac de malis granatis, & ficis loci portantes, terram quidem fluere lacte, ac melle renunciauerunt: sed cultores habere fortissimos, urbesq; grandes, atq; muratas: quorum alterum ad capescendum contra illos bellum incitare animos poterat: alterum deterrere. Quamuis autem gulæ dediti forent maiorem immodũ: utpote qui pauloante carnium desiderio flagrasse leguntur: plus tamẽ apud eos ualuit me tus. Siquidem ut ne aduersus illos arma su-

mere cogerentur: & iidem ipsi, qui exploratũ missi fuerant: præter Iosue filium Num, & Caleph filium Iephone, omnes contraq; pauloante retulerant, terræ detrahere incœperunt. Et uniuersus filiorum Israel cœtus totam illam noctẽ fleuerũt: atq; aduersus Mosem, & Aarõ murmurauerunt: deq; constituendo sibi duce, sub quo in Aegyptum redirent, mutuo locuti sunt. ob quam culpam, duobus illis, quos supra memoraui, exceptis, oẽs in deserto pierũt.

Hæc mihi singula diligentius intuenti, Marce pater, nostro huic operi, in quo bene moriẽdi rationem exponere conati sumus: conuenire uidentur. Missus enim abs te aliquãdo sum, ut commisso mihi populo prædicarem. Nam cum interrogato diligenter de fide, deq; aliis multis benedixisses: Euangelium imposuisses: Spiritum sanctum manuum impositione dedisses: caput, manusq; chrismate perunxisses: baculum tradidisses: annulum uelut Ecclesiæ sponso imposuisses: tandem Euangelium porrexisti: atq; dixisti. Accipe Euãgelium: & uade prædica populo tibi commisso. Cum autem facere quod tu iusseras, non ualerem, nisi uitã prius illorum, moresq; didicissem: (non enim omnibus omnia prædicanda sunt: sed exemplo Apostoli Pauli, qui paruulis in Christo lac potum dabat, non escam: rursusq; sapientiam loquebatur inter perfectos: auditorum haben

da est ratio: quãq̃ quo tempore me mittebas, nihil ipse dixisti: quoniam uulgo aiunt: Bene intelligenti pauca uerba sufficere: mitti me tamen etiam ad considerandum populum intellexi) iui ego: consideraui: prædicaui: de fructibus terræ post tertiumdecimum annum, uelut de terra Chanaam, (quod commutationem significat) rediens, attuli: terram fluere lacte ac melle renuncians: ut ex hoc opere quod & ipsum est de fructibus terræ, cognosci potest. Nam assidua mortis meditatio, de qua scriptũ est: Memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis: rationabiles, sine dolo, sine libidine esse nos facit. Quorum duo quidem prima ad lac pertinent: quemadmodum Petrus Apostolus docet: cum ait. Sicut modo geniti infantes: rationabiles, sine dolo, lac concupiscite. Tertium uero ad mel, quod ab apibus fit: quæ, authore Gẽtili Poeta, Nec concubitu indulgent: nec corpora segnes In uenerem soluunt: aut fœtus nixibus ædunt. Cultores porro huius terræ dico fortissimos: urbesq; grandes, atq; muratas: quoniam qui ex ea bene moriendi rationem, tanq̃ terræ fructus colligere uolunt: uitia necesse est superent: (quod non cuiuscunq;, sed fortissimorum est tantum:) & præcepta maiorũ, beneq; uiuendi consuetudinẽ diuturnã, uelut urbes grãdes, atq; muratas inhabitent. Credo autẽ & nũc fore: qui, ne cõ

mutare in melius quo ignorãter gessere, cogã tur: (hoc est quippe aduersum Chananeos arma capere) terræ detrahere incipiãt: fleant: contra nos murmurent: & de legẽdo Gentili aliquo authore, sub quo velut duce ĩ prioris ignorantiæ tenebras redeant (hoc enim per Aegyptum intelligo) cõsilium ineant. Sed illorum, qui in deserto periere, interitus Iosue filium Num, & Caleph filium Iephone imitari nos admonet: quorum ille quidem saluator interpretatur: hic, canis: ut, quando canibus ad custodiam, atq; ad uenationẽ uti solemus: peccata, quæ tanq̃ totidem feræ, atq; adeo malæ bestiæ in latibulis conscientiæ nostræ sunt: uenari, & à furibus, atq; abigeis, tum gregem domini, tum uero bona (siquæ intra nos forsitan sunt) custodire, atq; hoc pacto ad Saluatorem peruenire possimus. Tu igitur, cuius ego iussu ad considerandam terram profectus, hæc de illius fructibus attuli: legas, ac perlegas uelim opusculum nostrum, Marce pater. tibi enim allatum, & tuo nomini dicatum est: & si quid in eo corrigẽdum offenderis: id pro tua erga me beneuolentia, meaq; in te pietate, corrigito: sin uero aliquid legeris, quod eruditissimas aures tuas demulceat: nõ meum id esse cognoscito: sed eius, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est. Verum iam quales tibi de terra Chanaam fructus attulerim, uide.

Mortes, uitas, resurrectiones, hominibus esse quatuor posse. CAP I

MORTEM maximum esse terribilium, perhibent, qui Naturæ secreta rimati sunt. Quam autē, non declarāt: seu quod non esse nisi unam putarunt: siue q, etiam si plures esse opinati sunt: quoniam quotnam essent, assequi non ualebant: de hoc certam ferre sententiam ausi non sunt. At qui non Naturam, sed Naturæ ipsius authorē cognouere per fidem: & plures esse posse hominibus mortes affirmant: & ex illis eam terribiliū maximum, certissime sciunt, quæ post resurrectionem futura est malis. Nam sicut duo sunt, ex quibus singuli quiq; constamus: corpus, & anima: quorum illud quidē per animam uiuit: ista uero uiuit per Deum: ita duas primum omnium esse posse mortes, intelligunt: animæ, cum à Deo deseritur: corporis, cum ab anima derelinquitur: & corpus quidem si absq; anima sit, nihil sentire: animam uero, si Deo careat: sentire ipsam certe: sed qualia non sentire melius foret: uerum interesse: corpori coniuncta sit adhuc, an non coniuncta. nam coniunctam sensuum illecebris falli: ut bene sibi esse putet interdum: &, si non fallitur: per gratiam Dei bonis operibus agere posse, uti ad se redeat Deus. non coniunctam autem, & pessime sibi esse intelli-

gere: & agere operibus bonis non posse, ut ad se ullo reuertatur modo: quoniam in inferno nulla est redemptio. Quia uero fieri potest, ut anima a Deo derelicta corpus deserat: uel in suprema resurrectione recipiat: duas esse alias necesse est mortes: alteram, cum deserit corpus: quam primam mortē dicamus: alteram, cum redit ad corpus: quam Ioannes in Apocalypsi secundam mortem appellat. Et illa quidem mors est corporis tantum: post mortem uero pœna eius non est. Hæc autem pœna est corporis quidem: sed plane mors eius nō est. Dicitur autem etiam corporis mors: quod in eo anima non uiuendi causa est, sed dolendi. & hanc maximum esse terribilium censent. At non eodem modo de uita ratiocinati sunt hi, de quibus paulo superius locuti sumus, philosophi: ut maximum delectabilium eam dicere auderent. Nam in hac quidem uita plurimas cuiq; molestias, propter quas mœrore in summo uiuerent, accidere animaduerterūt. In alia uero, q̄q̄ esse immortales animas ferme omnes putauerint: coniungi tamen posse corporibus denuo non putarunt. Et, si non coniungerentur, non nisi dimidiatam habituras uitam cernebāt: quam, tanta est corporis atq; animæ propriæ beneuolentia: quod etiam si anima, quod ad eā attinet, delectaretur: minus esse delectabilem opinati sunt, q̄ ut maximum dele-

ctabilium dici posset. Sed sapientiæ ueræ, qui Christus est, amatores, atque ob eam rem uere philosophi, & plures esse hominibus uitas affirmant: & ex illis eam delectabilium maximum, quæ post ultimam resurrectionem futura est bonis. Nam animam quidem, cum Deo est iuncta: & uiuere, & non sentire solum: uerumetiam ea sentire, quæ mirifice sentientem oblectent: corpus uero priusquam ab anima separetur, uiuere ipsum quidem, & sentire: sed bona simul & mala: bona rara, & falsa: mala & uera, & crebra: ne continua dicam: atque has duas esse uitas: alteram corporis: a quo nondum separata est anima: alteram animæ: cum in corpore nedum ab ea diuiso, Deo adhæret: sicut illius adhærebat, qui dicebat. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Quia uero fieri potest: ut anima Deo adhærens, ipsa corpori non adhæreat: uel adhæreat quidē, sed resumpto: quod in resurrectione fiet suprema: duas esse alias necessum est uitas: alteram, cum Deo anima iuncta corpus deponit: alteram, cum resumit. Et illam quidē uitam esse animæ tantum: corporis uitam non esse. Hanc uero & corporis, & animæ uitam esse: quam maximum delectabilium dicunt. Resurrectiones autem totidem, hi, quos supra memoraui, philosophi nostri esse dixerunt. Nam cum primi parentis culpa sit factum, ut quæ ab illo propagatur caro, uitiū

uelut infectæ radicis redoleat:atq; iccirco anima, quæ a Deo creata uiuit, corpori adiuncta ut est, moriatur: resurgat primum omniũ per baptismũ oportet:ut esse uitæ particeps queat. Postea, si usum rationis adepta delinquat:moritur rursus: rursusq; resurgere per pœnitudinem potest. Et quãq; mortali adhuc degens in corpore, quotiens per peccatum aliquod moritur:totiens resurgere per pœnitudinem possit:non tamen resurrexisse putãda est:nisi, quo tempore separatur a' corpore, uita sua, quam diximus, uiuat: propterea ꝙ sæpe resurgere, & ad extremũ mortuã remanere, nihil est aliud, q̃ sæpius mori. Hanc, si contingat: Ioannes in Apocalypsi primam resurrectionem appellat: forte quia superiorem illam, ꝙ in homine fiat, qui ad Dei populum alias pertinere non poterat:spectare ad natiuitatem magis est ratus. Et hæ quidem resurrectiones animæ sunt. Duæ, quæ sequuntur, ad corpus pertinent, cui suprema in resurrectione anima redditur: altera: si uita sua uiuens anima ei reddatur:quam secundam resurrectionem uocamus: altera: si uita sua non uiuens, reddatur: quæ, & resurrectio dici potest, & mors. Resurrectio quidem corporis:quod per animam uiuit: Mors uero corporis:ꝙ in eo (quemadmodum supra docuimus)anima non uiuendi causa est: sed dolendi. Iuxta quem sensum etiam Propheta dicit.

Quia non resurgunt impii in iudicio: neq; pec catores in consilio iustorum.

Mortem Christiano bono expetibilem esse: atq; ut bonus fiat, in eius maxime uoluntate consistere. Bonum declinare a malo: & facere bonum. Malum ad pœnitudinem, confessionem, & satisfactionem confugere oportere. CAP II

h AEC cum ita sint: mortem corporis eam, quæ fit, cum ab anima derelinquitur: quam plærisq; mortalium maximum terribiliũ putant: tantum abest uti ueræ Christianus homo formidet: ut ultro potius expetere soleat. Cum enim præsentis uitæ finem, esse futuræ principium sciat: & in hac multa quottidie patiatur aduersa: quorum in alia passurus est nihil: fit ut partim huius fastidio, partim uero illius desiderio tum ingemiscat: & cum Apostolo ad Romanos dicat: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? tum in primis cum eodem Apostolo ad Philippẽses affirmet: ꝙ Dissolui, & esse cum Christo, multomagis melius est. Iustus quippe, si morte præoccupatus fuerit: in refrigerio erit: atq; ob eam rem (quod alio loco legitur) Melior ei est dies mortis die natiuitatis. Deniq; & Ioannes audiuisse de cœlo se uocem scribit, quæ diceret. Beati mortui: qui in domino mo

riuntur: ammodo iam dicit spiritus: ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos. Accedit uero ad hæc omnia: q̄, cum eius se domini seruum esse glorietur: de quo in psalmo centesimoquintodecimo Propheta dicit: Preciosa in cōspectu domini mors sanctorum eius: quam rem in conspectu domini sui preciosam esse intelligit: eam rem non potest non credere sibi preciosissimam fore. Quæ autem preciosissima fore creduntur: peti maiorem immodū solent. Quamobrem tantum ab eius timore alienus est: ut mori (sicut Apostolus de se ad Philippenses ait) lucrum existimet. Quod siquis dicat: non omnes, qui nomine Christiano censentur: continuo uere Christianos & sanctos, aut iustos eē: uel in domino mori: cōfitentur quippe se nosse Deum complures, qui factis negant: de quorum morte Dauid propheta dicit. Mors peccatorū pessima. Nihilo tamen secius homini Christiano expetibilem esse mortem contēderim. cui, q̄q̄ Deū sæpe factis negauerit: q̄q̄ peccata peccatis addiderit: q̄q̄ inter iniquos & peccatores iam pridem connumeratus fuerit: uere Christianū & sanctum ac iustum fieri, & demum in domino mori licet, si uult. Ait enim per Ezechielem dominus. Si impius egerit pœnitentiam de omnibus peccatis suis, quæ operatus est: & custodierit omnia præcepta mea: & fecerit iudi-

cium,& iustitiam:uita uiuet: & non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, nõ recordabor: in iustitia sua, quam operatus est,uiuet. Nam si pœnitudo & custodia præceptorum Dei usq; adeo præteritorũ criminum culpas obliterat,ut ex impio pium, iustum facit ex iniusto: sanctum ac iustum fieri & in domino mori, tam facile unicuiq; est, q̃ pœnitere,& præcepta Dei custodire. Hæc autem cum Dei gratia in uniuscuiusq; maxime uoluntate cõsistunt. Quamobrem & ut sanctus ac iustus quis fiat:& in domino moriatur:cum Dei gratia in uniuscuiusq; maxime uoluntate cõsistit. Cum autem Deus semper adiuuari uolẽtibus præsto sit:ait enim: Nolo mortem peccatoris: sed ut magis conuertatur & uiuat:qui alio loco: Et erit,inquit,anteq̃ clament,ego exaudiã: nostrum uero nullus inueniatur,qui a laboribus requiescere,& beatus effici nolit:quia hoc, nisi suorum quẽq; factorum pœniteat: & præcepta Dei custodiamus, fieri omnino non potest:nullus itidem nostrum inueniatur necesse est:qui ut hæc assequi ualeat,adiuuari uelle nõ debeat. Reliquũ ergo erit: uti quo pacto hæc fiant,dicere aggrediamur. Qui enim sciet:poterit, uolet, ea proculdubio aget, per quæ sanctus & iustus euadat: &,cum moriendum sibi fuerit,moriatur in domino. Qui autem agere nolet:eum,si sanctus,& iustus non euadit:si

non in domino moritur:si mortem deniqꝫ pessimam arbitratur:non domini,aut mortis culpa perire constat:sed sua. Qui (sicut in psalmo centesimooctauo Propheta commemorat) dilexit maledictionem:& ueniet ei:& noluit benedictionē: & elongabitur ab eo. Et præceptorum quidem duo sunt genera:alterum longinquum:alterum proximum. Longinquum appello,quod in reliqua hominis uita cōsistit: proximum : quod in ea est uitæ parte , quam deficientibus iam senio,uel aduersa ualetudine uiribus,magis magisqꝫ aduentare ad mortem uidemus.De lōginquo tot sunt,nō Christianorum modo, uerum & Gentilium documenta:ut qui ea scribere aggrediatur: nil, nisi eadem, & hæc minus concinne , minusqꝫ eleganter scripturus sit. Nos tamē carptim non nulla perstringere, ab instituto nostro alienū esse non credimus:ut,quibus multa legere nō uacat,aut non libet: saltem pauca ista non desint: quæ cum quia breuia, tum vero quia utilia sunt:nec ocii exigent multum: vt vel ab occupato legi non possint: & ab omnibus expetentur,vtputo: qꝫ animæ salutem promittant.

Quamobrem cui cura est,in domino mori: in domino necesse est uiuere studeat. Viuere autem in domino,nihil aliud est,q̄ hoc facere, quod ait Propheta. Declina a malo: & fac bonum. Et mala quidem magis nota sunt,q̄

ut homini, qui modo paulo eruditior ſit, enu-merari oporteat. Infidelitas, Deſperatio, Dei odium, Superbia, Ira, Inuidia, Deſidia, Auaritia, Ingluuies, Libido, Mendacia, Periuria. Similiter uero & bona: Fides, Spes, Dilectio Dei, Humilitas, Patientia, Beneuolētia, Diligentia, Liberalitas, Sobrietas, Caſtitas, Veritas, & Diuini nominis reuerētia. Cum igitur dicit: Declina a malo: non hoc tantum intelligit: ut ab operibus malis abſtineas: (hoc enim etiam tēporalis pœnæ metu faciūt quidam) ſed ut uerba etiam, & cogitationes malas cōpeſcas. De corde quippe exeunt homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſſemiæ: quæ coinquinant hominem. Eodem modo, ſed ordine prorſus contrario, cum dicit: Fac bonum: non hoc tātum petit: ut cogites bene: (hoc enim interdum faciunt etiā mali) ſed ut uerbis quoq;, & operibus bonis inſudes, Quoniā, ſicut impoſſibile eſt ſine fide placere Deo: ita ſine operibus fides eſt mortua. Qui ergo & hæc facit: & illa nō facit: ei ego Dei uerbis denuncio: ꝙ in domino uiuit. Quæ res unicuiq; ſummopere optanda eſt. Verum quia Septies in die cadit iuſtus: &, Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus: & ueritas in nobis non eſt: huic proximū fuerit: ut, qui ſe in horum aliquo Deum offendiſſe cognoſcit: protinus ad pœnitudinem, con-

fessionem, & satisfactionem festinet: omnesq; annos suos i amaritudine animæ suæ illi recogitet. Nam quod contra te ipse accusaueris, spiritus immũdus accusare non poterit. Et quod in te prius ipse punieris: Deus, qui duplicem tribulationem nemini dat: secundo non puniet Accipias igitur primum omnium necesse est boni ac sapientis illius uiri consiliũ, qui ait.

Pro anima tua ne confundaris dicere uerum. Est enim confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam & gratiam. Et si tibi mirum uidetur: q̃ una eademq; res hinc quidem gloriam & gratiam afferat: illinc uero infamiam, & uindictam: (hoc enim per peccatum, quod uelut ducem infamia & uindicta comitatur: intelligi uoluit) paulo intuere accuratius: & nihil erit quod admireris. Nam ea conditione in hanc uitam intrasti: ut, uelles nolles, erubescendum tibi esset omnino: sed, utrum ante, an post: optionem dedit, qui necessitatem imposuit. Si erubescere crimen confitendo, nolebas: erubescere, cum patraturus eras, debuisti. non enim patrasses, si erubuisses. Quia uero cum patraturus eras, non erubuisti: post, confitendo, erubescas necesse est. Qui si hoc agere neq; cum patraturus eras uoluisti: neq; postea confitendo uis: quia tuum ipsius peccatum fateri erubescis: confusio tibi hæc peccatum adducit: & cum eo ignominiam, &

uindictam in præsenti uita persæpe, semper au
tem proculdubio in futura. Scriptum est enim
de illo, qui transgreditur lectum suum, conté
nens animam suam & dicens. Quis me uidet?
tenebræ circũdant me: & parietes cooperiunt
me: & nemo circũspicit me: quod in plateis ci
uitatis uindicabitur: & quasi pullus equinus
fugabitur: & ubi non sperauit, apprehendetur:
& erit dedecus omnibus. Et rursus in Apocaly
psi: ꝙ libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui:
ex his, quæ scripta erant in libris, secũdum ope
ra ipsorum: & qui non inuentus est in libro ui
tæ scriptus: missus est in stagnum ignis. Iam si
crimen quidem fateatis: sed fatendo non eru
bescas: aut, quod longe sceleratius est, læteris
insuper, & glorieris: quéadmodũ illi, de qui
bus dicitur: Lætantur, cũ malefecerint: & exul
tant in rebus pessimis: tam tibi prodest crimen
fateri, q̃ nõ fateri. Quinimmo fateri, multo am
plius nocet: quippe cum te non ad gloriam, &
gratiam adducat confusio: sed contraria pror
sus ratione, gloria, & gratia ista, quam captas,
cũ laudatur peccator in desideriis animæ suæ:
& iniquus benedicitur ad cõfusionem. Porro,
si uel cum patraturus eras, erubuisti: ob eamq;
rem non patrasti: uel post fatendo erubescis:
utrauis harum confusio ad gloriam te addu
cit, & gratiam. Hoc tantum interest: ꝙ innocé
tiam illa retinet: ista recuperat: tátoq; illa me

lior est,q̃ ista:q̃to præstabilius fuit non pdere, q̃ inuenire. In ista tamẽ (ut ne illã nimis contẽnas) summa q̃dã consistit utilitas: q qui semel est lapsus: cautius ingredi solet: & tũ cõfusionis, quam in recuperanda rectitudine animi sustinuit, memor, custodire diligentius rectitudinem consueuit: tum uero Dei misericordiam expertus, & propugnaculum sibi eam aduersus desperationem parat: & ipsum Deum, cui ob eam rem plus iam debere incœpit: hoc iã amplius diligit. Vidisti, fateri, & cum rubore fateri unumquéq; debere, quæ perpetrauit peccata: uide iam nunc, si lubet: quando fateri. Ante mortem, inquit, confitere: a mortuo quasi nihil, perit confessio. Confiteberis uiuens: Viuus & sanus confiteberis: & laudabis Deum: & glorificaberis in miserationibus eius. Statimq; uelut quid ex ea re secuturum sit, inferẽs subdit. Quàm magna misericordia dñi, & propitiatio illius conuertẽtibus ad se: Iuxta quod etiam in Prouerbiis legimus. Qui abscõdit scelera sua: non dirigetur: qui autem cõfessus fuerit, & reliquerit omnia: misericordiã cõsequetur. ut scias: non sine utilitate, atq; adeo maxima, peccatorum confessionem tãq̃ acceptabile quoddam sacrificium solere offerri. Sed infirmitatis tuæ conscius, eadem rursus patraturum te credis. Credas sane: dum & animã interim mundes: &, si forte iisdem, uel aliis eam

denuo

denuo criminibus inquinaueris: denuo mundare paratus sis. Neq; enim quia fore ut barba tibi denuo subnascatur intelligis: ideo non septimo quoq; die radere illam curas: aut quia somnum tibi scis, faméq; iterum redituram: ideo uesci, aut dormire non uis. Quis autẽ uel eandem rursus commissurum te dixit? uel, si non in præsentia fatearis: fateri cum uolueris, posse promisit? quando & meliora in dies, salutiq; uiciniora denuo quoq; sperari oporteat. Cum annis quippe (ut uulgo aiunt) sapiẽtia uenit: & multos quottidie audias sic uita functos esse: ut mortem non prius aduentare persenserint, q̃ mortui sint. An non id aliquando Prouerbium audisti? Cui tẽpus est: ne tẽpus expectet. Iuxta quod Apostolus in prima ad Corinthios ait. Hoc itaq; dico fratres. tempus breue est. Et rursus in secunda. Exhortamur: ne in uacuum gratiã Dei recipiatis. Ait enim. In tempore accepto exaudiui te: & in die salutis audiui te: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Certe audisti. Da igitur operam: uti frustra te audisse, ne doleas. At graue est, inquies, temetipsum accusare: & quæ clam omnibus commisisti: atq; ab alio in lucẽ prolata, molestissime ferres: ulcisceterisq; si posses: ea tuo ipsius ore detegere. Graue est, fateor: sed multo grauius, perpetrasse: sed multo grauius in conuentu omniũ, qui sunt, fuerunt,

futuriq; sunt,hominum,astantibus mille milli bus,& decies cétenis millibus angelorũ, ab Iudice Optimo, Maximo,potẽtissimo: propterea reum dici.Sed multo grauius, paratũ tibi a cõstitutione mũdi regnũ amittere: sed multo grauius,dãnatũ in ignẽ æternũ,qui paratus est diabolo,& angelis eius,præcipitẽ mitti. Verũ hæc fateri quidẽ oportere,te docent. Qui uerò nõ docẽt? Quis igitur ille erit? An Deus,in quẽ deliquisti, & sancti tum angeli, tũ hoĩes: quos & peculiariter singulos,cum te corporis,cuius ĩpsi mẽbra sunt,mẽbrum absciderís: & cum in Deũ delinqueres: uniuersos læsisti? Ciues enĩ sanctorũ & domestici Dei sunt: & quisquis in sanctũ sanctorũ,ac demũ huius(ut ita dixerim) patrẽ familias Deũ delinquit:in eos delinquat necesse est. Nam regis,aut patris familias iniuriam,populi,qui sub eo est,uel familiæ iniuriã esse,nemo ignorat. Certe:hi erũt: Deus quidẽ ut ignoscat: Sancti uero cũ angeli, tum hoĩes, ut & ignoscãt: & diuinã tibi misericordiã impetrẽt.Nam gaudio,quod illis super uno peccatore pœnitẽtiã agente,magis q̃ supra nonagintanouẽ iustis,qui nõ indigẽt pœnitẽtia: futurũ est:priuari cum nolint:pro te uniuersi (ne dubita)intercedẽt. Hoc tamẽ,si hoĩum adhuc nobiscũ uiuẽtiũ copia sit, solũ nõ sufficit,quia & magis erubescere unusquisq; solet:si se corã hoĩe mortali accuset: & humilitatis amplius

exhibere: si ei se, cui natura est par, ætate uero, ac cæteris fortunæ bonis, interdũ lõge supior: pp Deũ subiiciat. Qui ergo illi erũt, quibus fateri te uolo? An oẽs oĩno mortales: quos si nõ alio modo, certè quia in Deum creatorẽ eorũ peccasti: grauiter offendisti? Non. Neq; enim quæ aut fieri nequeunt: aut factu nimis grauia sunt: exigit a te Deus tuus. neq; illis oĩbus ligãdi atq; soluendi potestas est data: sed paucis. Quid ergo? Erũt ne oẽs Christiani populi sacerdotes? (His enim, tãq̃ Apostolorũ successoribus, quibus ligãdi, atq; soluẽdi super terram potestas est data: ligare, ac soluere, licet?) Non. Vt enim hoc fieri possit: factu oppido q̃ graue est. An oẽs tuæ ciuitatis sacerdotes? Non. Cõuocari enim absq; ingẽti labore non possent. Ac tibi sæpè, cũ difficultas, tũ in primis uerecũdiæ magnitudo quò minùs fatereris obstaret. An tuæ saltẽ Ecclesiæ presbyteri oẽs? (his quippe de animæ tuæ salute peculiaris est cura) Non. Quoniã (ut nulla de rubore illo ratio habeatur) uult tum sibi eos tum uerò cæteris, posse sufficere: non circa te solũ, dies, noctesq; occupatos esse. An ex illis omnibus, tres, duo'ue: ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum? (nam & ipse dominus ait. Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Et rursus. Si duo ex uobis consenserint super terram: de omni re, quam-

cunque petierint:fiet illis a Patre meo,qui in cœlis est) Non. Iudices enim eos uult esse:non testes. Quis ergo hic erit:cui,si hominum adhuc nobiscum uiuentium copia sit:fateri te imperat Deus tuus,Sacerdos tuus,Pastor tuus,Aduocatus apud Deum tuus: qui, si aliter nequeat,pro tuis peccatis etiam proprio corpore pœnas luere paratus est: qui animæ tuæ uulnera uidere cupit,ut curet: non ut interimat: cui nihil antiquius fuit,q̃ ut sanus mansisses: & de tuo interitu damnum,de recuperata uerò animæ ualetudine commodum apud Deum futurum est grande. Et hic unus:ut,q̃tò res est factu facilior:tantò tu contrà inexcusabilior sis. Quem uerò, si ob suum aliquod scelus capitis damnato iudex ea se cōditione reuocaturum sententiam polliceretur:ut coram pluribus honestis uiris pœnitudine ductus fateretur: & Reip. sed minimo cum suo in cōmodo satisfaceret: eaque apud omnes de fide iudicis opinio foret:ut facturū,quæ polliceretur,dubitaret nemo:quem,inq̃,pœnitere,fateri,satisfacere non iuuaret? Et Deus tuus,qui peccata tua, etiam si tu illa non fatearis,intelligit:quē mentiri non posse,certo certior es:damnatum te capitis animæ(habet enim,ut opinor,& aia caput suum) differt ad supplicium mittere:ad pœnitentiam benignitate sua adducit:pollicetur,se mutaturum sententiam, si tu mutaueris uitam: tu ue-

ro,quasi uel admonetē non audias:uel (quod
deterius est) pollicentem contemnas:non co-
ram pluribus honestis uiris,sed coram Sacer-
dote tuo tantùm,coram medico animæ tuæ,
coram pœnarum,quæ te manent,apud iudicē
uiuorum & mortuorum deprecatore,uiro bo-
no,& salutis tuæ nō minùs q̃ suæ ipsius studio-
so,qui prodere quod audiuit,si non quia gran-
de est scelus,certè quia grandis ei legibus statu-
ta est pœna,formidat:fateri non uoles? Aut tā-
tulū hoc,illud ue oneris,quod tibi satisfactio-
nis loco inducitur,subibis inuitus? Aut fortasse
nec in eum peccasse dolebis? Equidē scio,eos,
qui dignū morte quippiam perpetrarunt:cùm
in iudicis potestatē redacti sunt, sui statim sce-
leris pœnitere: ac,si fortè fortuna euaserint: iā
intra semetipsos constituisse:nihil postea eius-
modi perpetrare:quosdam, (q̃q̃ paucissimi illi
sunt quidem) ꝙ eos Deum pœnitet offendisse:
sed plerosq; quod supplicii uel præsentis dolo-
re,uel futuri metu,torquentur:nec ignoro: iu-
dici,quem latere plurima consueuerunt: quæ-
stionibus uictos fateri: quæ cum suprema infa-
mia etiā supplicium ultimū secum trahere no-
runt:postremò & morte affici. Quantò est no-
bis cum Deo nostro conditio melior: qui,om-
nium iudex cùm sit: & uniuersos simul bonos,
ac malos in potestate habeat : pœnitudinem,
& ulteriùs non peccādi propositum, non pœ-

næ metu, sed innocentiæ amore exposcit? (malus enim, etiam si à nemine puniatur: ipse sibi supplicium est) &, cùm falli non possit: confessionem, non tormentis, neq; ut occidat: extorquet: sed impunitatis, & beatitudinis pollicitatione, educere nititur. Quocirca benignitate eius ad nostram utilitatem uti conuenit: non ad dãnum sempiternum abuti: ne fortè secundùm duriciam nostrã, & impœnitens cor, thesaurizemus nobis iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei: qui reddet unicuiq; secundùm opera sua: & primùm quidem omnium curare: ut, q̃diu post baptismum, rationis particeps anima, mortale hoc corpus inhabitat: semper uiuat. Sin minùs, certè per pœnitudinèm, confessionem, & satisfactionem, ut resurgat: & tantisper ita permaneat, dum corpus ipsa destituat. Quòd si nec istud contigerit: & sæpè mortuam, sæpè resurgere opus est: saltem sæpiùs ut resurgat. quod qua ratione fieri debeat, satis iam pro suscepti operis breuitate monstrauimus.

De quinq; cogitationum generibus: quorum primum pœná, reliqua uero culpã inducunt: Deq; triplici modo peccandi. CAP III

Q Voniam autem ex cogitatione, tãq̃ ex radice uerba simul & opera bona & mala prodire certum est: de ipsa pauloaltius disputemus opor-

tet. Non omnis enim cogitatio uolũtaria est: & quæ uoluntaria non est: eam bonã malam ue dicere, planẽ absurdum uidetur. Volũtas autem sine cogitatione nulla est. quãobrem quæ cogitationes neq; uolũtatem habent, neq; delectationem peccãdi: eas, etiam si malæ cuiuspiam rei sunt, peccatum non parere, interdum uero (sicut paulopost dicturi sumus) etiam gratiam augere, dubium non est. Nam si præteruolent: ac ueluti fugiendo se se ostendant: culpæ ascribi non possunt; utpote cum prohibere in potestate nostra nõ sit: & perinde ante oculos mentis ferantur, atq; ante oculos corporis interdum lapides ferri solent: quos improuiso cum aspicimus, trepidam persæpe: semper autem, uel si confidentissimi simus: cõuiuere solemus. Pœnæ tamẽ ascribi possunt: ꝙ aut qualia minime uellemus, obiiciuntur: aut melioribus occupatos rebus perturbant. Si uero uelut umbra consurgant: & peccandi affectum non ipsæ inducant: sed ueluti uenturũ denuncient: quales sunt, quæ circa primos animi motus uersantur: culpæ quidẽ ascribi possunt: uerũ leuissimæ: & quæ ab aĩa Deũ minime separet: timẽdæ sunt tamẽ: & (sicut ait Propheta) paruulæ allidẽdæ ad petrã. Petra autẽ erat Christus. Minus. n. ea rõne obsunt: & facilius pimũtur. Nã queadmodũ ei, q in altũ & pcipitẽ quẽpiã pductus est locũ: primũ genua labãt: mox uer-

tigo sensus obtenebrat: tum, si quid etiã leui-
ter impulit:ille subito in præceps tanq̃ res mo
tu carens reuoluitur:eodẽ prorsus modo,cum
cogitationes ad prærupta uitiorum perduxe-
rint: (perducũt autem,nisi protinus resistatur)
uires primũ amittit: mox animo occæcari in-
cipit:cum si diabolus impulsor accesserit: in af
fectum peccandi,ab eoq; tandem in profundũ
malorum deiicitur:& qui aut non sinere auge
ri,aut, si auctæ fuissent, resistere illis potuerat:
iam quo minus potitæ uictoria,tyrãnidem in
eo exerceant: etiam si uelit, prohibere non po
test. Tenendæ sunt itaq; : & (sicuti supradixi-
mus)paruulæ allidendæ ad petram:ne,si aliter
fiat, nos uicissim ipsæ in præceps missos alli-
dãt. Quod si maiores exurgant:(bonæ autem
& malæ possunt exurgere) uidendum primo,
quales nam sint.Nam quæ bonæ sunt:si ab in
uito suscipiãtur: peccatum,atq; adeo maximũ
gignunt. Quas enim ultro accersi oportuerat:
eas absq; ullo nostro labore oblatas,neglige-
re,auerti,reiicere,culpa oppido q̃ grandis est.
Quæ uero malæ:si nõ cũ horrore animi quo-
dam recipiantur:in duas protinus partes men
tem hominis diuidũt: cuius pars quidem una
peccatum amplectitur: alia non amplectitur:
scilicet cum illa insistit diutius: eoq; oblecta-
tur:hæc uero scelus non perhorrescit: atq; ob
eam rem non quantum potest, resistit: q̃q̃ ad-

huc forte neq; cōsentiat: neq; delectationis ali quid sentiat: tamen ueluti inter morbū & bonam ualetudinem de homine orta contentio in animæ interitum desinit: q; aduentātem cul pam non perhorrescere, consensus exordium quoddam est: ac sentiendi, consentiēdiq; se pe riculis obiicit, qui partem sui aliquā rebus nefariis plusculum oblectari sinit. Nam peruersæ cogitationes separant à Deo: & à Deo separati, pereant necesse est. Sicut dominū alloquēs Propheta ostēdit: cum dicit. Quia ecce qui elō gant se a te, peribunt. Porro, cum ita mentem hominis occupauerint, ut non iam diuisa cōtra se sit: sed unum idēq; sentiens mandata domini uiolare non metuat: uel (quod longe deterius fuerit) nec, dum occupetur, sustinens, ultro eis obuiam proficiscitur: inuitas'q; ac reluctantes, perdurando, perseuerando, persistendoq; pertrahit: ne'ue ob aliquod suum bonū, quo minus eas assequatur, formidat: de salute hominis illius actum iam est. Neq; enim apud Deū, cui nota sunt omnia priusq̃ fiant, de quo scriptū est: Scrutans corda & renes Deus: mul tum refert: feceris quod malum est: aut facere constitueris: quando utrūq; mortem adducit. Alioquin falsum esset quod Veritas dixit. Qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam: iam mecatus est in corde suo. Est tamen in hoc cogitationum genere, quod scire non sit inutile.

Nam quemadmodum inter uarias mortalis corporis mortes, una quandoq; uel mitior alia dicitur, uel acerbior: cum tamen omnes sint mortes: eodem modo inter eas, quæ de malis cogitationibus oriuntur, animæ rationalis mortes, una est grauior alia. Qui enim per infirmitatem, aut ueritatis ignorationem peccant: cum alteri quidem sciant se malefacere: sed minus firmi sint, quàm ut continere se possint: alteri uero omnino se malefacere nesciant: mitiori mortis genere moriuntur. Quod, si mortes corporis intueri uelimus: letargicis, aut multum decrepitis identidem euenit. Nam illi quidem non mori, sed dormire se putant: hi uero sciunt se mori: sed exhausto iam, effœto'q; corpore minus firmi sunt, quàm ut defendere se aduersus mortem possint. Quæ igitur ob infirmitatem committuntur peccata: contra Patrem, quæ autem ob ignorationem, contra Filium committi dicuntur: q̄ Patri potentia, Filio sapientia proprie tribuatur. Contra quæ auxilium sibi esse Propheta cum sciret: gloriabundus dicebat. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Sciebat quippe illuminatione ignorationem, & salute infirmitatem fugari. At uero qui malitia peccant: eorum longe grauior est, longeq; accerbior mors. Peccant enim quia uolunt peccare: sed hoc di-

uersis de causis. Alii namque iustitiæ Dei tantum tribuunt: ut nullum misericordiæ locum relinquant. Vel contraria huic ratione: tantum misericordiæ tribuunt: ut iustitiæ nullas esse partes contẽdant. Alii obstinata in malum suum mente, quæ commiserunt peccata, peccandi amore, commissuri & denuo, si facultas detur, excusant: uel ea licet neque excusent, neque ament, neque commissuri denuo sint, si facultas detur: damnari, quam pœnitere, aut ueniam poscere, malunt. Alii denique quam rem ueram esse compererint: eam rem pertinacius tergiuersantes impugnant: parati in mendacium uertere: aut, si aliud non possint, odisse. Vel quæ quisque diuino munere consecutus est: animi bona: illi, quamquam nihil ipsi propterea incommodi sentiant, inuident. Quod pessimum, execrandum'que inuidiæ genus est, nocens etiam, si uitam hanc spectes, non minus ei, qui inuidet: quàm ei, qui sic inuidiosus est. Cui quidem animi morbo nullus inuenitur (quod sciam) corporis humani morbus, qui commode comparari queat. Et hoc, quocunque accidat modo, peccatum in Spiritum sanctum uocatur: quod Spiritui Sancto proprie bonitas tribuatur: omnium omnino peccatorum grauissimum: & cui neque in hoc seculo, neque in futuro ueniam dari solere, ipse dominus contestatus est.

De quinq; cogitationum generibus: quorum quatuor gratia penes Deum acquiritur. Deq; triplici gratiæ promerẽdæ modo. CAP IIII

u Ertamus nũc(si placet)hæc omnia: & quando peccandi, aut non peccã-di modos,& diuersa peccatorũ ge-nera demõstrauimus:gratiæ quoq; apud Deum promærendæ, ac diuersa bonorũ genera demonstremus.Consequens enim est: ut,si cogitatione Deus offenditur: etiam cogi-tatione placari possit.Et quidem,ubi cogitatio-ni neq; oblectatio inest ulla,neq; uoluntas: eã, uel si bonæ cuiuspiam rei sit:gratiã apud Deũ non promereri,aliquando autem (sicuti suprà ostendimus)etiam peccatum augere,consenta-neum est. Quæ nãq; prætercurrit: & sese tãq̃ fugiens monstrat:quid apud Deum promere-ri potest:cũ & non accersita aduenerit:& priùs ferme' sit dilapsa,q̃ uisa?Dei tamẽ est donum: q; & eorum, quæ factu sunt bona, cõmoneat: & malis forsitã rebus intentum,si non multũ, certè uel tantulũ distrahat.Si uerò nubis more consurgat: & benefaciendi studium, non ipsa imprimat: sed quasi iam iamq; imprimẽdum denunciet:bonum est illud quidẽ:uerùm per-leue:& quod ei,qui peccatis aliàs teneatur im-plicitus,conciliare Deum non queat.Adiuuan-da est tamen:& ueluti nuper satum semen in-ductis diuini eloquii fontibus irrigãda:ne aũt

intra mentis sulcos siti exusta, euanescat: aut dici possit (quemadmodum in Euangelio legimus) nata aruisse: quia nō habebat humorem. Hac enim ratione cùm utilior fit: tum uerò facilius augetur: nec longum tempus, & sensim, pedetentimq; totam mentem complexa in benefaciendi desiderium ducit. Sin maior exurgat: (mala autē, & bona, potest exurgere:) quali nam erga illam quis animo sit, plurimū interest. Si enim mala est: (teneri quippe, & allidi ad Petram quādoq; non potest) & cum horrore animi quodam recipiatur: ac non fugata quidem tristitiam, fugata uerò lætitiam habitura mens uideatur: gratiam apud Deum promereri solet: quod in bello ciuili, immò uerò domestico, atq; intestino, iniquis conditionibus cum tali hoste cōgressum, non succubuisse, uictoria quædam sit. Ideòq; Apostolo Paulo, cùm ter dominum rogasset, uti stimulus ille carnis Angelus Sathanæ, a quo se, ne ob reuelationum magnitudinem extolleretur, colaphizari, dicebat: discederet: dictum a domino fuit. Sufficit tibi gratia mea. nam uirtus in infirmitate perficitur. Quod multò antè in semetipso expertus Propheta; Si consistant, inquit, aduersum me castra: non timebit cor meum. Si exurgat aduersùm me præliū: in hoc ego sperabo. Si uerò est bona: & nō ea, qua æquum est, animi oblectatione suscipiatur: sed

hoc ipsum hominis mens, ut quæ cuperet oble-ctari, molestè ferat: sicut quidā antiquorū fere-bat, cū diceret: Cōcupiuit anima mea deside-re iustificationes tuas in omni tpe: diuisum se in duas partes intelligat: ab quarū altera susci-pitur cogitatio: ab altera uerò nondū suscipi-tur: sed, cū illa in sentētia pseueret: hæc resiste-re diutiùs nequit: tādē uelut inter carnē & spi-ritū de hominis possessione nata discordia, in meliorē desinit partē: q bonis cupere oblecta-ri, perfecti apud Deū boni pars quædā est. Iam uerò, si cū oblectatione suscipiatur, ac præsente quidē ea mens fiat hilarior: de subtracta uerò tristitiā habitura uideatur: esse iā se intra gratiæ terminos, seu præsentem retineat, siue absentis desiderio moueatur, agnoscat. Porrò, cū sic af-fecta est, ut eā læta suscipiat: uel (qđ lōgè præ-stabilius est) dū ueniat, expectare nō sustinens, ultrò ei occurrat: & ad se se, ut pperet moneat: inuitéq;, aut reluctantē, perdurādo, perseuerā-do, persistendoq; pertrahat: cùm unum, idéq; sentiens, domini mandatis inhæret: eisq; non iam oblectari desiderat: sed oblectatur, & gau-det: ne'ue ob aliquam suam culpam aliter in posterum affici mereatur, formidat: consūma-ti se apud Deum meriti, uel si nihil aliud fa-ciat, esse cognouerit. Quoniam apud eum, qui bonorum nostrorum non eget: nihil interest: feceris quod bonum est: aut facere solū, mox

illud facturus, constitueris. Sicut apertè ostendit Propheta, cùm ait. Dixi: confitebor aduersùm me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Ob solam enim confitendi pollicitationem, impietatem peccati remissam fuisse, firmam benefaciendi sententiam, facti apud Deum meritum obtinere, demonstrat. Est autem etiam in hoc cogitationum genere, quod nosse operæprecium sit. Quo enim pacto inter uarias mortalium uitas, una persæpè uel beatior alia dicitur: uel minùs beata: cùm tamen omnes sint uitæ: eodem pacto inter eas, quæ de bonis cogitationibus prodeunt, animæ rationalis uitas, una esse beatior alia. Qui nanq; suopte ingenio firmi sunt: & se se quò minùs a concupiscētiis distrahantur, facilè cōtinent: gratiā ipsi quidē apud Deū promerentur: uerū non maximā. Nā ubi facilè uincitur: decernūtur dona fortasse: decernūtur supplicationes: decernūtur trophæa: sed triumphus nequaq̄. Debilis. n. est hostis, q primo statim cōgressu deiicitur: & q̄tū pugnātis labori, tātū uictoris gloriæ detrahatur, oportet. Nam unusquisq; (sicut in prima ad Corinthios dicit Ap̄ls) ꝓpriā mercedē accipiet secūdū suū laborē. Qui rursùs & q̄d fieri oporteat, sciūt: & illud sedulò faciunt: (factū autē cogitatio præcedat, necesse est) gratiā & ipsi apud Deum promerentur: sed nō maximā: quoniā eorū & sciētia

consciéntiam,& uoluntatem conscientia sic urget: sic stimulat: uti fermè aliter non posse agere uideantur. Horum ergo (si nouis in re tanta uti licet uocabulis) illud de Patre, hoc uerò de Filio benemereri dicitur: quod Patri (sicuti suprà diximus) potentia, Filio sapiētia tribuatur. Qui porrò, nec quia firmi sint nimis: nec quia eorũ, quæ fieri oporteat, nimis gnari, sed quia Deo credunt: & bonitate præcipua sunt, faciũt benè: ii (mea quidem sententia) lõgè maioris, atq; adeò maximi apud Deum meriti sunt. Benefaciunt enim: quia benefacere uolunt. Neq;, si qua in re Deum offenderint: (quis enim est, qui eum non offendat aliquando?) iustitiæ illius tantũ tribuunt: ut misericordiæ sibi ianuã claudãt: neq; rursum, si misericordiam sæpiùs experti sunt: iustitiam nullam esse contēdunt: sed quodam ueluti temperamento sic utrũq; altero condiunt: ut neq;, cùm peccauerint, ueniam consequi posse desperent: neq; propterea q͂ ueniam consecuti sunt, consequendi spe denuò peccent: utpote qui Deo & misericordem iustitiam, & iustam misericordiam inesse non dubitent: ob eamq; rem tantum abest, uti peccandi amore, sua pertinaciùs excusent facinora: uel pœnitere, aut ueniam poscere nolint: ut ea persæpè, uel priùsq͂ peccent, accusent: & antè pœnitudine ducantur, ac ueniam poscant: q͂ se peccato perfectè consensisse intelligant. Neq;
uerò

uerò fieri poteſt:ut hi tales ac tanti, quam rem ueram eſſe compererint: eam uel impugnent, uel odiant:utpote qui pro ueritate parati ſunt, ſi ſic neceſſe eſt, etiam mori: aut ulli omninò mortaliũ inuideant:utpote qui ſic omnes homines diligunt:ut ſingulorũ bona, ſua eſſe exiſtiment: quod optimum, ſummis'q; laudibus efferendum beneuolẽtiæ genus eſt: utile etiã, ſi præſentis uitæ rationẽ uelimus habere, non minùs ei, qui diligit: q̃ ei, cui ſic diligi cõtigit. Et hoc(quocunq; eueniat pacto, uti ſuperiorũ ordinem uocabulorũ ſequamur, benè de Spiritu ſancto mereri dicatur: q; ei, quemadmodum antè iã diximus, propriè bonitas tribuatur) omnium prorſus bonorum optimum, & quod, ſeu præſentem, ſeu futuram uitam inſpicias: gratiam, atq; adeò maximã, apud Deum promereri ſolet.

Coactionum duo eſſe genera: & uoluptatem prope'modum coactionem uideri. Ex his peccatorũ, & gratiæ, quam apud Deum quis promeretur: magnitudines diſcerni poſſe. CAP. V

QVamobrem, quoniam ex cogitatione uoluntatem, & ex uoluntate gratiam, culpamq; magnam aliquãdo, nonnunq̃ autem maiorem, interdũ uerò maximam oriri oſtendimus: & ex culpa, quæ a Deo animam ſeparat, animæ in mortali corpore cõſtitutæ mortem, nec minùs ex gra-

ria uitam, aut resurrectionẽ cõtingere demonstrauimus: de uolũtate paulò diligẽtiùs quædã tractare, & quæ coactus quis, aut p infirmitatẽ, itidẽq; ignorans, aut per intẽperãtiã facit, uelit ne, an non uelit: discutere necessariũ duximus: uti quod, q̃tũue sit, aut nõ sit, uniuscuiusq; meritũ, tãtò manifestiùs liqueat. Et coactionis quidẽ duo sunt genera: unũ, quod uolũtatem omninò excludit: aliud, quod nõ excludit: sed nolentem (ut ita dixerim) uelle facit. Similiter ignorationis unũ, quod sciẽtiã excludit: aliud, quod cũ ignoratione pmiscet. Ex quibus alterũ nullã, alterũ aliquã, sed minùs grauẽ, interdũ uerò etiã leuiusculã contrahit culpam: De quibus hoc ipso ordine dicere incipiemus.

Quæ igitur res principiũ foris habet, sic ut nihil ipsi, quod ita fiat, aut nõ fiat, interiùs cõferamus: hæc, quãuis a nobis fieri uideatur: uitio nobis dari nõ põt. Nã si tyrannus me quispiã, aut potestatẽ habens ad idolũ pertrahat: manibusq; uiolenter apertis, thura imponat: &, ne abiici queant, ui clausas teneat: eisq; super prunas rursum uiolenter apertis, proiicere in ignẽ thus faciat: uoluntariũ, quod a me factũ est, iudicabit nemo. At si principiũ habet iteriùs: sic ut uel tantulũ ipsi, q ita fiat, aut nõ fiat, interiùs cõferamus: hæc, q̃uis ab inuitis fieri uideatur: uitio dari consueuit. Si enim bona, fortunasq; meas, aut etiã uitam in potestate habẽs iubeat

thura offerre,hac lege: uti mihi ea sint salua,si offerá:si nõ offerá:publicè ueneant: egoq; interficiar:& ipse offerá: uolũtariũ,quod a me factũ est,nemo nõ dicet. potui quippe nõ offerre. Ab eo tamẽ uolũtario differt, quod spõte,si nõ hæc incidissent,erã facturus.Et cũ tale quippiã accidit:uitio id semp datur: sed tantò grauiori,q̃tò & magis prohibita erãt, quæ ille iubebat:& minùs grauia, quæ nos timebamus: uel tãtò minùs graui,fortassis etiã leuiori: q̃tò & minùs prohibita illa,& hæc grauia magis. Sunt enim quæ nullo genere facere nobis,aut pati licet,uel si fortunis oĩbus amissis,necari p grauissima quæq; supplicia deberemus: ut idolis immolare:Deũ negare:atq; hoc genus alia: Quæ ut facere,aut pati,sic etiam uelle,nõ licet: atq; ob eã rẽ facere,aut pati uoluisse, etiã si casu sit factũ,ut nõ fecerimus,aut passi fuerimus: culpa oppidò q̃ grãdis est.Sed nõ ab re fuerit forsitã,ut meliùs intelligamur:si q̃dã de testamẽto nouo,ac ueteri,ueluti de thesauro quodã,pferamus exẽpla.Dauid, postq̃ uxorẽ Vriæ, qui cũ adulteriũ ppetrauerat,cõcepisse resciuit: ueritus,ne,qđ ignorãte uiro cõmiserat, id utero mulieris intumescente sciretur:accersitũ ad se uirũ eius,ut cuius opera uti uellet,ire ad domũ propriã iussit: fore existimans,ut cũ uxore cõcũberet,si iuisset: quã tpe iam multo nõ uisam,desiderare ardẽtius debuit.Id cũ ille face-

re iterùm atq; iterùm monitus noluisset: q, ar-
ca Dei, ac toto populo sub papilionibus, atq;
in terra manente, unum se domum ingredi, &
comedere, ac bibere, & dormire cũ uxore sua,
piaculum esse affirmaret: Dauid, ignominiam
adulterii ueritus, de morte hominis cogitare
coactús est: scriptaq; ad Ioab Epistola, ut posi-
tus in loco, ubi prælium fortissimum foret, de-
relinqueretur, quo percussus interiret: hominẽ
cum ea remisit. Hoc scelus quidem permagnũ
fuit: sed quod, nisi intercessisset ignominiæ me
tus, nequaq̃ erat facturus. Debuit autẽ uir tan-
tus, & tantæ apud omnes authoritatis, quẽ Sa-
muel uirum secundũ cor domini esse iam di-
xerat: cui se Deus de fructu uentris eius positu-
rum super sedem suam iurauerat: ignominiam
eam timere, non sua ipsius causa tantũ: sed etiã
quia eo se exẽplo sciebat populo uniuerso no-
cere: fuitq; propemodum perinde coactus: ac si
honestissimo alicui uiro tyrãnus contumelio-
sum se quippiam facturum cõminaretur: nisi
turpe quid faceret. Non tamen propterea pari-
cidium facere debuit: sicut nec Susanna: cùm
hinc quidem adulterii culpã sine ignominia, il
linc ignominiam sine culpa uideret: non egit
quod senes impuri cupiebant. maluit enim in-
nocentiam cum infamia custodire: q̃ sine inno-
centia famam seruare. Hoc autem minùs Pro-
pheta debuit: q non una ipsius, atq; Susannæ,

causa fuit: sed illa quidem innocens: hic iam adulter: illa de ignominio crimine uitãdæ, hic de scelere sceleribus operiendo agebat: illa, q̃d in eum usq; diem non egerat: si uideri uoluisset nunq̃ egisse: ueniam multi dedissent: hic & egerat: & non uideri egisse, quærebat: illa denique fœmina, & puella. hic uir, & iã senex: propterea grauissimas culpæ huius pœnas dedit: Primùm ignominiæ: dicente ad eum Nathan: immò uerò dicente per Nathan Deo: Tu fecisti abscondité: ego autem faciam uerbũ istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis huius: Deinde doloris, quo ei, qui uxorẽ habeat, accidere maior non potest: cùm, permittente domino, & Achitophel ita fieri cõsulẽte, Absalom filius in eo ipso solario, unde uxorẽ Vriæ conspexerat: tendi sibi tabernaculum iussit: & introductis coram uniuerso Israel uxoribus patris, ad eas ingressus est: Ad hæc & gladii, quem idem Propheta de domo eius usq; in sempiternnm non recessurum prædixit: Postremò & interitus infantis: qui eo ex complexu fuerat natus: quando eius illi præsentia uoluptati foret, quẽ tam graui scelere genuisset, Oportuerat quippe, ignominiam adulterii nõ innocẽtis parricidio tegere: sed continẽtia deuitare: aut certè, si facere non erubuerat: neq; q̃ in populũ spargendum foret, erubescere. Puto autem, & omnipotẽtis Dei iustitia factũ fuisse:

ne ullo modo absconderetur: quod ipse in primis celatum uolebat: ut, quam maximè timebat pœnam; eam unam omnium maximè daret: & rursus misericordia Dei effectum: ut qui ex peccato eius si non temporalē, quæ omnibus nota foret, pœnam dedisset: poterant ad similia perpetrāda induci: tantùm deterrerentur suppliciis: quantùm exemplis antè accensi fuissent. Quid uerò Petrus? cum ei hostiaria diceret: Et tu cū Iesu Nazareno eras? & hoc idē qui astabant, affirmarent, dicentes: Verè & tu ex illis es: nā & Galilæus es: & loquela tua manifestum te facit: Seruusq; in primis Pontificis: qui (tanq̄ cuius nullo pacto refelli testimonium posset) dicebat: Nōne ego te uidi in horto cum illo? ꝙ negauit: ꝙ nescire se, quid illi dicerent, affirmauit: ꝙ hominem non nosse iurauit: ꝙ anathematezauit: nonne uniuersa hæc coactus fecisse uidetur? coactus autē non qualicunq;, sed ultimi supplicii metu: quod esse omnibus formidolosum solet: alioquin nihil horum facturus: Erat enim charitate in Christum egregia: & qui pro omnibus sæpè solus responderet, Tu es Christus Filius Dei uiui. Et: domine, bonum est nos hic esse: si uis: faciamus hic tria tabernacula: tibi unū, Mosi unū, & Heliæ unum. Et rursùs. Domine, si tu es: iube me uenire ad te super aquas. & illud, quod cœna proxima affirmauerat. Et si omnes scan-

dalizati fuerint: sed non ego. Et. Et si oportue-rit me mori tecum, non te negabo. Coactus igitur fecit: non tamen ea coactione, quæ seruare innocétiam posset. Debuit quippe nil horum facere: & ueritatis, ac fidei potius, q̃ suppliciorum, aut mortis rationem habere. Sed minus ipse quidem peccauit, q̃ si nullo eiusmodi metu territus negauisset. Atq; aliam huius peccati pœnam non dedit, iccircò ꝙ sibimetipsi iudex, & carnifex esse non distulit. Egressus quippe foras (ut Euangelista est author) fleuit amarè. Possem hoc loco multa coactionum exépla proponere, atq; illis demõstrare: quotquot ita coguntur: illud uelle, quod faciunt: quotquot autem facere nolunt: eos nullo genere cogi posse ut faciant. Nam & Loth angelos uti ad sese diuerterent, compulit. Et eum rursus angeli de Sodomis compulerunt exire. Et Esau Iacob fratris accipere compulsus est munera. Et Beniamin filium cum reliquis fratribus in Aegyptum mittere coactus est Iacob. Et Aegyptii populum Israel exire de Aegypto urgebant. Et Iepthe sibi ducem facere maioris natu Galaad necessitate compulsi sunt. Et Angelus ad Manue. Si me cogis, inquit: non comedam panes tuos. Et Saul contra Philistæos, qui in machinas descenderant, pugnaturus, necessitate compulsum se se domino holocaustum obtulisse cõmemorat.

Et eum rursus, cum responsis, quæ per Phitonissam audierat, cõturbatus nollet comedere: coegerunt serui sui, & mulier, ut comederet. Et Abner Asaheli, ut recederet, ac eũ persequi nollet: dixit: ne fortè cõpelleretur confodere eum in terram. Et Absalom Dauid regem cogebat uti ad se cum fratribus ueniret: qui noluit ire: coegit ut fratres saltem secum dimitteret: qui dimisit cũ eo Amon, & uniuersos filios regis. Et filii prophetarũ coegerunt Heliseũ, donec acquiesceret eis: ut quæsitũ mitterent Heliam. Et Heliseus Naaman, uti munera de manu sua acciperet, uim facienti, penitus non acquieuit. Et Nabuchodonosor tres pueros uti statuam auream adorarent, cõpellere non potuit. Et Cyrus Persarũ rex Babyloniis in eum irruẽtibus uehementer, necessitate cõpulsus, Danielem ut in Leonum lacum mitteretur, tradidit. Et Mathias ut idolis immolaret compelli non potuit. Nec Eleazarus, aut septem illi fratres Machabæi, uti carnes porcinas comederent, tormentis cogi potuerunt. Et homo ille, qui fecit cœnam magnã: quosdã cõpelli iussit intrare. Et Pilatus necesse habebat dimittere Iudæis p diem festum unum, quem uoluissent. Et Paulus in prima ad Corinthios euãgelizandi necessitatẽ sibi scribit incũbere. Rursusq; Iudæis Romæ cõmorantibus, cum de seipso loqueretur: Coactus sum, inquit, Cæsarẽ appellare.

Sed hæc in re tam nota plura sunt forsitan q̃ oporteret. Quamobrem ad alia transitũ facere melius est: & uidere, qui per uoluptatẽ aliquid faciunt: utrum coacti facere dicendi sunt. magnas enim uires uoluptatẽ habere, magis est notum, q̃ ut unq̃ probari oporteat. Et quidem cum ab ea, ueluti a uentorũ flatibus naues aliquæ, rapiuntur: interdum propemodũ coacti facere uidentur. Quis enim tantũ illum, & tam repentinũ mentis impulsum sustineat? Propemodum autẽ ideo dixi: quia inter hanc, & eã, de qua supra locuti sumus, coactionẽ interest plurimũ. Nam cum duo sint, quæ alternis euenire hac in uita consueuerũt: malum, & bonũ: siue illud reuera sit tale: siue esse tale uideatur: ex quibus illud quidẽ cum adest: dolore: cum affuturũ creditur, afficit metu: hoc uero si adsit, gaudium: si affuturũ credatur, affere spem consueuit: qui circa malum uersantur, quod solent omnes uitare: cogi: qui autẽ circa bonũ, quod expeti ab omnibus mos est: allici potius dicendi sunt. quod ex hoc maxime potest intelligi: quia, cum quippiã faciunt: illi quidẽ & dolent, quod faciant: & postq̃ fecere, tristantur: hi uero cõtraria prorsus ratione, & quod faciãt, & postq̃ fecere, lætantur Sed quia eos a uoluptate rapi uidemus: negare non possumus propemodum cogi: non tamen coactione, quæ seruare innocentiã possit. Nam si innocens non puta-

tur: qui & cum facit, dolet: & postq̃ fecit, tri-
statur: minus ille profecto innocens iudica-
bitur, qui utrobiq;, & cum facit, & postq̃ fecit,
lætatur. Verum hic quoq; leuius multo de-
linquit: quàm si non eum ad id committen-
dum compulisset uoluptas. Quamobrem ut
eodem hæc ordine concludamus, quo supe-
riora conclusimus: qui per uoluptatem ali-
quid faciunt: tanto magis delinquunt: quan-
to & magis prohibita sunt, quæ committunt:
& minor eos uoluptas impellit: contraq; tan-
to minus: quanto & minus prohibita illa: &
hæc magis impellit: & semper multo grauius
peccant, quàm hi, quos dolor, aut metus coe-
git: quoniam non una eademq; mali uitandi,
& boni consequendi, ratio est: Et hoc ipsum
quod peccant, in Patrem peccant: cui peculiari
quodam modo potentiam diuinus sermo at-
tribuit. Iam uero quos bonorum huius tempo
ris, neq; præsentium gaudium, neq; futurorũ
spes potest allicere uti malo cõsentiant: hi gra-
tiam apud Deum promerentur tanto plenio-
rem: quanto & minus prohibitũ est id, de quo
agitur, malum: & quæ impellere conatur uolu
ptas, uehemens magis: aut tanto minus plenã:
quanto & magis prohibitum illud, & hæc ue-
hemens minus. Quos autem malorum tempo
ralium, neq; præsentium dolor, neq; futurorũ
metus potest compellere ut uetitorum quip-

piam faciant: gratiam & ipsi promereri solent, tanto proculdubio maiorem: quãto & minus prohibita sunt, quæ iubentur: & magis acerba, quæ uel tollerantur, uel timentur: aut tanto minus grandem: quanto & magis prohibita illa, & hæc minus acerba. Sunt enim quæ facere, grandis culpa non sit: ut mala pro malis retribuere: hominis à morte corporis eripiendi gratia mendacium dicere: ac eiusmodi alia: quæ si facere, grandis culpa non est: profecto nec uelle facere, grandis erit: semperq; multo ampliorem apud Deum gratiam promerentur: quàm hi, quos gaudium, aut spes loco mouere non potest: & hanc ipsam, quam promerentur, apud Patrem, ob eam quam diximus causam, promerentur. De coactionibus diximus hactenus: deinceps de ignoratione dicemus.

Ignorationum duo esse genera: & intemperantiam propemodum ignorationem uideri. Ex his peccatorum, & gratiæ, quam apud Deum quis promeretur: magnitudines discerni posse. CAP VI

C Vius (uti supra docuimus) unum est genus, quod scientiam omnino excludit: & culpa uacat. Alterum: quod cum ignoratione permiscet & culpam: sed minus grauem: interdum uero etiam leuiusculam contrahit. Nam quod

dormiens quis, aut per ualetudinem, eam, quæ mentis alienationem inducat: cuius sibi causa ipse non fuerit, malum cómittit: si illud uigilans, aut sana mente non cogitauit: nec cómissurus fuisset: uitio dari non potest. Voluntariũ quippe non magis est: q̃ si trãseuntẽ illac quẽpiam cadens de tecto tegula feriat. Quod uero uigilans, & sana mente cõmittit, sciens quidẽ se facere, sed ex his, quæ circa id, quod agit, sunt, aliquid nesciens: uitio datur. Nam & uoluntarium est. Ab eo tamen uolũtario differt, quod sponte, si non id ignorasset, facturus fuit.

Nolite, inquit, dominus meus, sanctũ dare canibus: neq; mittatis margaritas uestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis: & canes conuersi disrũpãt uos: Per hæc infidelibus, atq; immundis archana diuinæ legis mysteria non esse apperienda, declarans. Ego ignorans arcanum ante eum, qui cum loquor, infidelẽ, atq; immundũ, apperui. quod facerẽ sciuisse me, omnes dicẽt: quid uero, aut cui facerem, non. Sed & si per iocum lapidem quis, lutum putans, proiiciat, memor illius fortasse, qui ait: In lapide luteo lapidatus est piger: hominẽq; percutiat: sciuisse & illũ profecto quid ageret, dicent: sed quonã ageret, non. Eodem mõ qui Salomoni forsitan auscultans, ubi ait:

Noli subtrahere a puero disciplinã: si enim percusseris eum uirga: non morietur: tu uirga

percutis eum: & animam eius de inferno liberabis: Puerũ disciplinæ causa pcussum occiderit: illũ, & quod ageret, & cui ageret, & quonam ageret, scisse omnes concedent: quẽ porro id exitum habiturũ foret, non. Qui ergo se agere sciẽs, sed ex his, quæ circa id, quod agit, sunt, aliquid nesciens, uetitorũ quippiam facit: uelle & ipse facere dicendus est: sed uoluntate multum ab illa differenti, quam, si illud quoq; sciuisset, fuerat habiturus. Et cui tale aliquid accidit: semper quidẽ peccat: uerum tanto grauius: q̃to & magis mala res est, quam agebat: & in perquirendis his, quæ circa eam sunt, ipse diligens minus: aut tanto minus grauiter, interdum uero etiam tanto leuius: q̃to & minus mala res ea, & in perquirendis his ipse diligẽs magis. Sunt quippe (ut quæ Diuina lex præcipit) quorũ nullo genere tolerabilis ignoratio sit. sed melius forsitan fuerit uti de testamento nouo, ac ueteri singula proponamus exempla: quibus istud, quod diximus: ignorationẽ esse quãdam, quæ scientia sic est permixta, ut neq; absoluta ignoratio, neq; scientia rursus absoluta existat: facilius possit intelligi. Iacob filius Iudas, cum Thamar nurum sedentẽ in biuio esse meretricem suspicaretur: (operuerat quippe uultũ suum mulier, ne posset agnosci) cum ea precium libidinis pactus, concubuit. Hũc nemo dicet nescisse quid faceret: aut quo:

aut quã ob causam: sed cui, dicet fortasse. Cum enim mulier ueluti fornicationis rea duceretur ad pœnam: annulum, armillam, & baculum, quæ arabonis loco acceperat: misisse ad socerum legitur: & illum muneribus agnitis dixisse. Iustior me est: quia non tradidi eam Sella filio meo: ac propterea peccasse quidem illum nullus negabit: qꝫ & rei malæ operam dabat: & hoc, quod circa rem erat, non perquisiuit: cum nuru ne, an cum meretrice concũberet: sed minus plane peccasse, q̃ si etiam cui faceret sciens, fecisset tamen. quod non fuisse facturum, pro eo quodãmodo scriptura satisfaciens docet, dum subdit. Vltra non cognouit eam.

Paulus item, cum & adolescẽs, quo tempore Stephanus occisus est, testium, qui primi lapides in eum mittere præcepto legis debebãt, uestimenta seruaret: & natu maior, minarum ac cædis in discipulos domini usqꝫ adeo studiosus foret: ut a principe sacerdotum peteret epistolas in Damascum ad Synagogas: ut, si quos inuenisset huius uitæ uiros, ac mulieres: uinctos perduceret in Hierusalẽ: cum hæc inquam omnia faceret: sciebat ipse quidem quid faceret: & quo: & quam ob causam: & quo pacto: at cui faceret, nesciebat. Ait enim in prima ad Thimotheum Epistola. Gratias ago ei, qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro: quia fidelem me existimauit: ponens in

ministerio, qui prius blasfemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Ac propterea Lucas in actibus Apostolorum conuersionis eius ordinem ac modum cum scriberet: ut primum luce de cœlo circumfusus in terram cecidit: atq; audiuit: Saule Saule quid me persequeris? interrogasse eum memorat: Quis es domine? Et cum responsum accepisset: Ego sum IESVS, quem tu persequeris: Durum est tibi contra stimulum calcitrare: non contumacem, neq; rebellem fuisse: sed dixisse: Domine quid me uis facere? Paratum quippe ad obtemperandum se obtulit; qui non malicia, sed ignoratione deliquerat. Neq; tamen ob eam rem nihil peccasse dicendus est: debuit enim qui prophetarum dicta didicerat: prophetis credere: & quæ de Christo illi prædixerant, facta cognoscere: sed minus peccasse: quàm si eum, quem in Apostolis & Christianis aliis persequebatur, Christum esse sciuisset. Ideoq; ueniam consecutus, factus est de persecutore Apostolus: de hoste amicus: de uase perdito electionis uas. Essent hic forsitan alia huius rei exempla afferenda in medium: exq; illis demonstrandum: eos, qui sic ignorant: uelle, quod faciunt, & si uetita res ea est: fa-

ciendo peccare. Qui uero facere nolunt: etiam ſi ex his, quæ circa rem ſunt, aliquid neſciant: ignoratione non peccare: quia rei, quæ circa illud uerſatur, quod agimus, ignoratione peccare non poteſt, niſi qui rē agere uult, circa quā aliquid eſt, quod factū ex uno, facere aliud poteſt. Nam & Pharao Aegypti Rex, & non multo poſt Palæſtinorū Rex Abimelech, Abrahæ uxorem Saram, ſororē tantum eius credentes, acceperūt ſibi. Flagellauitq; alterum dominus cum domo ſua plagis maximis: alteri uero & mortem cōminatus eſt. Et rurſus Abimelech, cum Rebeccā, quam Iſaac ſororē dicebat: eius eſſe uxorē deprehendiſſet: peccati, quod ignorōne cōmittitur, periculo territus, Quare, inquit ei, impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiā de populo cum uxore tua: & induxeras ſuper nos grande peccatū. Et idē iſte Iſaac cōſilio circūuentus uxoris, Iacob minori filio benedixit: ſciens quidem ſe benedicere: ſed cuinā benediceret, neſciēs. Et ad Lyam pro Rachele ſorore altera ingreſſus Iacob miſceri ſciebat: qui cum autem miſceretur, neſciebat. Et Ioſue, ſimulq; principes multitudinis cum Gabaonitis fœdus inierunt: ſciētes quidem inire ſe fœdus: qui nam autē illi forent, neſciētes. Et non potuit Iſrael ſtare coram hoſtibus ſuis: donec Achan filium Charmi, qui de Anathemate urbis Hiericho uſurparat, delerent: quos tamen

quo

quo minus eum deleret,excusare poterat igno
ratio.Et Ionathas filius Saul,quia summitate uir
gæ,quam habebat in manu, mellis paululum
degustauerat:(q̃q̃ quo tẽpore adiurabatur po-
pulus,nõ adesset)ægre ab interitu liberatus est.
Et uir Dei ille,qui Hieroboan rege Israel thus
iaciente aduersus altare exclamauerat:prophe-
tæ senis fraude reuocatus,ut cibum ibi,contra
q̃ sibi in sermone domini fuerat imperatũ ca-
peret, a Leone occisus est. Et hi, quos Heli-
seus ad se capiendum a rege Syriæ missos in
Samaria duxit:sciebant se ire: & ire uolebant:
quo autem irent,nesciebant. Et Petro,cum do
minum ne Hierosolymam, ubi post ludibria,
& flagella occidendum se dixerat,proficisce-
retur: increpare cœpisset: dictũ a domino fuit.
Non sapis ea,quæ Dei sunt:sed ea,quæ homi-
num. de quo etiam, cum transfigurati coram
se domini gloria delectatus respondisset: Ra-
bi, bonum est nos hic esse: & faciamus tria ta-
bernacula:tibi unum,Mosi unũ,& Heliæ unũ:
Marcus Euangelista dicit. Non enim sciebat
quid diceret.Et dominus meus Iesus,cum pro
trãsgressoribus in cruce fixus oraret: Pater,in-
quit,dimitte illis:nõ enim sciunt quid faciunt.
Iuxta quod in prima ad Corinthios Paulus, si
enim cognouissent,inquit:nunq̃ dominũ glo
riæ crucifixissent. Et in Actibus Apostolorum
Petrus,cum de claudo,quem manu apprehen-

ſum ſanauerat, rationem ad populum redderet: inter cætera, Et nũc, inquit, fratres ſcio: quia per ignorantiam feciſtis: ſicut & principes ueſtri. Rurſusq; Paulus Antiochiæ poſt lectionẽ legis ac prophetarum, cum rogatus ſermonẽ exhortationis haberet ad plebem, inter multa, Qui habitabant, inquit, Hieruſalem, & principes eius hunc ignorantes, & uoces prophetarum, quæ per omne ſabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt: & nullam cauſam mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato, ut interficerent eum. Qui & in epiſtola ad Romanos, de quibus pauloante dixerat: Quia, cũ cognouiſſent Deum: non ſicut Deum glorificauerũt: de his ſtatim ſubiungit: Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Ac de Iudæis, Teſtimoniũ, inquit, perhibeo illis: ꝙ æmulationẽ quidem Dei habent: ſed non ſecundũ ſcientiam. Et iterum in prima ad Corinthios, Si quis, ait, uidetur Propheta eſſe, aut ſpiritualis: cognoſcat quæ ſcribo uobis: quia domini ſunt mandata: Si quis autem ignorat: ignorabitur. Et rurſus in Actibus Apoſtolorũ Petrus, cũ egreſſus de carcere angelũ ſequeretur: neſciebat quia uerũ eſt, quod per angelũ fiebat. Paulus quoq; in eiſdem Actibus, cum Athenienſibus de ignoto Deo uerba faciens diceret: Quod ignorãtes colitis: hoc ego annuncio uobis: & parum infra: Tempora quidẽ huius ignorantiæ deſpiciens

Deus,nunc annũciat hoibus:ut omnes ubiq; pœnitentiam agant:ſcire eós quodãmodo, & neſcire oſtendit quid colerent. Nam Epheſi,cũ Demetrius Argentarius ſeditionem aduerſus Paulum concitaſſet:de his,qui in theatrũ impetum fecerant:dicitur. Erat enim Eccleſia cõfuſa:& plures neſciebant,qua ex cauſa conueniſſent: cum tamen omnes illuc conueniſſe ſe ſcirent:uolentesq; cõueniſſent. Et Paulus,cum Ananiæ,qui percuti eum præceperat, dixiſſet: Percutiet te Deus,paries dealbate:ut ab aſtantibus reſciuit eũ ſummũ ſacerdotẽ eſſe: Neſciebã,inquit,fratres quia princeps eſt ſacerdotũ. Ex quibus,cũ diligẽtius inſpiciuntur: manifeſte apparet: & ſcire hoies quod agant: & quæ circa id ſunt oĩa,ſæpe neſcire:& non quia hæc neſciãt,minus uelle quæ ſciũt:uel uolũtatis culpã(ſi res eſt modo,cui poſſit culpa ineſſe) quia ignoratio aliquãtulũ minuit:continuo & nullam exiſtere. Nunc quod huic eſt proximum, aggrediamur oportet: ac uideamus: qui per intemperãtiam aliquid faciunt: utrum ſcire quid faciant, dicendi ſint:ut ſimul etiam intelligamus: utrũ quod faciũt, uelint. Et quidẽ partim ſcire, partim uero neſcire dicendi ſunt. Scire:ꝙ hoc,illud ue aut faciãt,aut facere appetant: niſi forte ex his,quæ circa id quod agunt, ſunt (quemadmodũ pauloante oſtẽdimus) eos aliquid lateat. quod in quottidiano

uitæ usu etiam temperantibus aliquando acci dat necesse est. Nescire autẽ hoc, illud ue, quod faciunt, aut facere appetunt: malum esse: ꝙ sic ab ineũte ætate educati sunt, sic instituti: ut bonum id esse existiment. Volunt igitur illi profecto quod faciunt: & ita uolũt: ut etiam faciendum existiment: nedum ut facti pœnitẽtia ducantur: aut, cum faciunt, doleãt, quos pulchre in eo libro, qui Sapientiæ dicitur, expressos intueri licet: dum dicunt. Venite fruamur bonis, quæ sunt: & utamur creatura tanꝗ in iuuentute celeriter. Vino precioso & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, anteꝗ marcescant: Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo uestrum exsors sit luxuriæ nostræ: Vbiq; relinquamus signa lætitiæ. Q m̃ hæc ẽ pars nostra: & hæc est sors nostra. Quos ignorãtia hæc non excusat. Nam si culpa non uacat, qui ex his, quæ circa id quod agit, sunt, quædã ignorans, aliquid fecit, quod, illa sciẽs, nequaꝗ fecisset: quẽq;, cum primum quid fecit resciuit, fecisse pœnitet: ꝗto ille minus uacabit, qui & ea forsitã omnia sciuit: & insuper atq; fecisse se gaudet: cum præsertim huius sibi ignorantiæ longa male uiuendi consuetudine ipse causa fuerit? Quocirca, ut hæc quoq;, sicut superiora illa, cõcludamus tandẽ: qui per intẽperãtiã aliquid faciunt: tanto his grauius peccãt, de

quibus pauloante sumus locuti: quanto & improbius factu est illud, quod faciunt: & male uiuendi consuetudo apud eos uetustior fuerit: uel tanto leuius: quãto & minus malum illud, & ista recentior fuit. Vtriq; tamẽ & minus peccant, q̃ si illi etiam quæ circa actum sunt, uniuersa sciuissent: hi per intẽperantiam non peccassent. & hoc ipsum, quod peccant: in Filium, cui proprio quodam iure sapientiam Scriptura diuina attribuit: peccant. quos porro tanta in omnibus, quæ agunt, aut patiuntur, diligentia esse conspexeris, ut nihil, nisi uniuersis, quæ circa id quod agunt sunt, diutina deliberatione pensatis, aggrediantur: &, ꝙ bene, atq; honeste ab ipsa usq; pueritia instituti sunt: semp, & ubiq; temperantiã seruent: eos (si modo alicubi reperiri possunt) seu in culpam non incidant: siue boni aliquid operentur: gratiã apud Deum promereri cognosce, tanto maiorem: quanto & maius fuit, quod uel uitauerunt malum: uel operati sunt bonum: & scrupulosius, minusq; consuetum id erat, quod sunt aggressi: contraq; tanto minorem: quãto & illud minus fuit: & hoc notius, atq; usitatius. Nam quædam in conuictu quottidiano inueniuntur bona, quæ bona magna non sint: ut eos, a quibus te diligi scias, diligere: fratres salutare: benefaciẽti benefacere: atq; hoc genus alia: quæ cum facere, grande bonum non sit: haud dubium,

nec, uelle facere, grande bonum erit: quãtacũq; autem sint agendo, apud Deum gratiam promerentur: omnes apud Filiũ: cui (sicuti supra diximus) attribuitur sapientia. Hæc de ignoratione quidem hactenus dixisse sufficiat. Nunc, quando intelleximus quibusnam cogitationibus, & quantum, & in quem unusquisq; uel peccare, uel promereri gratiã queat: & coactionis, itemq; ignorationis cum duo sint genera: unum tantum culpæ ascribi, ac uoluptatem ad coactionem, intemperantiam uero ad ignorationem propius accedere demonstrauimus: ut cum dies nobis mortis aduenerit: in domino mori, ac beati esse possimus: omni cura, studio, diligentia, tantisper declinare a malo, & facere bonum debemus, dum uiuimus. quod si horum aliquando alterũ, uel utrũq; fortassis omiserimus: ad pœnitudinem, confessionem, & satisfactionem, quæ & sola, & optima curandis peccatorum uulneribus remedia sunt, confugere oportebit. Ita fiet: ut uniuscuiusq; nostrũ mors, quæ, authore propheta, est in conspectu domini preciosa: in nostro, qui serui sumus: (atq; utinam boni serui essemus) cõspectu preciosissima & uideatur, & reuera sit. De longinquo præceptorum genere satis pro suscepti operis breuitate tractauimus. De proximo in sequenti libro tractare incipiemus.

QVID HOC, QVIDVE SEQVENTI tractandum sit Libro: Et ab antiquo hoste unumquenq; multifariam impugnari, cum de hac uita migraturus est, Libri secundi

CAP I

DIXIMVS in superiore libro: præceptorũ, quæ in domino mori doceant, duo esse genera: alterum longinquum: alterum uero proximum: & longinquum quidem appellare nos illud, quod in reliqua hominis uita consistit: proximũ autem, quod in ea est uitæ parte, quam deficientibus iam senio uel aduersa ualetudine uiribus, magis magisq; aduentare ad mortem uidemus. Et q̃q̃ ea, quæ de longinquo dici possunt, uno forsitan libro uniuersa comprehendi debuerint: ut quæ de proximo dicenda erant, seorsum ab illis tractari possent: quia tamen in eis aliqua sunt, quæ, nisi cum proximo tractentur: & quam ob causam tractentur, sciri uix possit: & identidem proximo subtracta fuisse uideantur: quæ huiusmodi sunt, in sequentes libros transferre, & proximo præceptorum generi accommodare, satius arbitrati sumus. Cum autem duo sint, quæ ad hoc, quod proximũ in domino moriẽdi, præceptorũ genus appellamus, in primis pertinere uideantur: alterum, ut insidias antiqui hostis, & quo se pacto aduersus eas unusquisq; præpa

ret, sciat: alterum uero, ut ab amicis, qui, cum reliqua uita, tum eo in primis quo moritur tẽpore, maxime necessarii sunt: adiuuentur: quæ ad insidias pertinent: hoc: quæ autem ad amicos: sequenti libro tractabimus. Erigenda igitur ad cœlũ mens est: sensusq́ in sublime tollendi. Est enim homini colluctatio, non aduersus carnem, & sanguinem tãtum: sed aduersus principatus, & potestates, aduersus Mundi rectores tenebrarum harum: cõtra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. quod ita se habere, illa Saluatoris uerba significant, quibus ait. Venit enim princeps mundi huius: & in me non habet quicq̃. Qui enim ad dominum suum, in eo aliquid quærens, uenire non timuit: cur ad nos, in quibus sua multa scit esse: uenire formidet? Venit igitur: atq́ utinã solus ueniret, non innumerabili dæmonum multitudine constipatus: &, quæ contempto Deo facere persuasit peccata: ea tunc fecisse nos arguit: ac sempiternam pro eis damnationem meritos esse, contendit. Cui totis tantisper uiribus resistendum est: dum rationis usum habemus. Neq́ enim de diuitiis, aut honoribus, aut certe uoluptatibus agitur: cum tamen propter hæc multos se se morti obiecisse sciamus: sed de anima: sed de uita: sed de bono, maloue sempiterno. Excitare itaq́ nosmetipsos debemus, & perinde atq́ prelium cum hoste crudelissimo commis-

furi:quē nec fugere ullo modo possimus: nec, si in suam nos redigat potestatem,unq̄ ad misericordiam flecti posse speremus:uel quæ supra nostras sunt uires,a nobis exigere. At quales nam struit insidias,perscrutari operæpreciū fuerit. Non enim (puto) ut in libidinem exardescat: cuius semimortuum iam corpus ne moueri quidem sine adiutore in latus alterū potest. Nam quod de his dicitur,qui cum sacris Deo uirginibus adulterium,stuprum,incestum, sacrilegium perpetrarunt: (his enim nominibus crimen id appellandum censuerim: ꝙ uno tēpore omnia hæc simul cōmittuntur: Adulterium:quia cum sponsis Christi:stuprum: quia cum uirginibus:incestū:quia cum Patris uxoribus:sacrilegiū:quia cum sacratis Deo) quod inq̄ de his dicitur,qui cum sacris Deo uirginibus hæc perpetrarunt: ut morientes,uirilis mēbri tentiginem sentiant: ad pœnā magis pertinere putauerim, q̄ ad culpam. Fit enim diuino iudicio:ut qui tentigine tam nefarie Deum prouocauere incolumes: tentigine uicissim a' Deo prouocentur infirmi: & ad eam pœnam, quam per id tēpus patiuntur grauissimā (neq; enim uoluptatis tentigo illa est, sed doloris) etiam infamiam subeāt: ꝙ his,qui adsunt,iam palam fiant, quæ in eum usq; diem latuerant: aut ad memoriam reuocentur,quæ multo ante commissa exciderant. Non igitur insidias

ſtruit, ut in libidinem exardeſcat: cuius (ut dixi) ſemimortuum corpus ne moueri quidem ſine adiutore in latus alterum poteſt: non ut gulæ illecebras appetat: cuius ita morbo corruptus eſt guſtus: ut ne cibum quidem, aut potum, quo ſuſtentandus eſt, capiat, niſi inuitus: nō ut deſidioſe agat: quem morbus, & dolor ocioſum eſſe non ſinit: non ut auaritiam ſectetur: qui nec his, quæ poſſidet, diutius frui poſſe ſe ſperat: non ut iracundia excandeſcat: cui nemo facit, & qui ipſe nemini facere iniuriam poteſt: non ut inuidia ſtimuletur: cui de aliorum felicitate cogitare non uacat: non ut infletur ſuperbia: qui ſeruorum, & uiliſſimi cuiuſq; ope indigeat: non deniq; ut iuret, aut peieret: uel ſcurriliter, aut ocioſe quid dicat: cui loqui etiam grande tormentum eſt: ſed ut in perfidiam ruat: ſed ut in deſperationem: ſed ut in impatientiam: ſed ut in uirium ſuarum nimiam confidentiam: ſed ut in temporalium rerum curam ſuperfluam. De quibus hoc ipſo ordine ſingulatim dicere incipiemus.

De perfidia, quam morienti antiquus hoſtis conatur immittere: quidq; aduerſus hoc Chriſtianus homo facere debeat.

CAP. II

E TENIM cum scribens Apostolus Corinthiis dicat: Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi: ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat: Vnusquisque autem uideat quomodo superædificet: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positũ est: quod est Christus IESVS: Existimo antiquum hostem secundum maledictionem, quam sic exigentibus meritis suis incurrit: ut callidum euersorem ad conuellendum statim fundamentum accedere: ut, seu uirtutis aliquid superædificatum est: quod Apostolus aurum, argentum, lapides preciosos appellat: subtracto fundamento pariter corruat: siue aliquid uitii leuiusculi, quod ligna, fœnum, stipulam nominat: subtracto nihilominus fundamento sic corruat, ut ipse saluus esse non possit: nec quasi per ignem. scit enim sine fide impossibile esse placere Deo: & eum, qui non credit, iam iudicatum esse. Fidem autem cum dico: non quancunque intelligo: sed eam, quæ in Deum est: sine qua saluus esse homo non potest. &, siquidem ad hoc eum redigere ualeat: ut (quod Apostolus ait: uerbum crucis pereuntibus stultitia est:) ipse crucem stultitiã arbitre-

tur:hoc & ipse uelit:sin minus:certe uel in errorem mittere aliquem studet:ut in uno offendens,reus omnium fiat. Errorum autem infinita sunt genera: quæ non tam cognoscere utile est,q̃ uitasse necesse. uitari autem possunt: si ad eam fidem,quã Catholica seruat Ecclesia,unusquisq; se referat. Neq; enim disputandum esse cum diabolo eo tempore arbitror:qui silogismorum,& sophismatum ita est plenus:ut facile etiam peritissimum quẽq; possit inuoluere: præsertim cum corpore longa,uel graui ægrotatione confecto, minus per id tempus ad disputandum idoneus homo sit:& nõ cum uno uni sit res: sed cum pluribus: hisq;,non solum quia corporeis inclusi sint, uerũetiam quia & acutiore ingenio, & antiquiore doctrina, & experiẽtia maiore existunt,callidioribus: non enim sine causa antiqui hostes uocantur:& postremo fides non ratiocinando, sed credendo habeatur:cuius hoc semper maius meritũ fuit, quo minus est ipsa probabilis. Credidit Habraam Deo:& reputatum est ei ad iustitiã. Credamus & nos:& reputabitur nobis ad iustitiã. Credere enim(ut ait Apostolus)primum omnium accedentẽ ad Deũ oportet:quia est.alioquin,sicut in Esaia dicitur: Si nõ credideritis: nõ permanebitis:nec ipsi pmanere poterimus.

Fuere(quemadmodum audiui) duo quondam uiri eruditissimi,& omniũ,qui ex eodem

gymnasio essent in disputãdo facile principes: ac iidem hi bene morati, maximeq́ religiosi. e quibus unus cum excessisset e uiuis: ei, qui superstes erat, in sua forte bibliotheca Scripturæ sacræ studiis incumbenti, totus ardẽs apparuit: territoq́, ac quænam ei tam grãdis pœnæ causa foret? interrogãti, gemens, dolẽsq́ respõdit. Cum essem migraturus e uita: uenit ad me hostis antiquus: & (quoniam apprime eruditum nouerat) sciscitari cœpit: de fide quid crederẽ? ego quæ in Apostolorum symbolo sunt, credere me, respondi. Ille exponi sibi quædã, quæ minus lucida uiderentur, rogauit. Exposui ut in Symbolo Athanasii legeram. Neq́ enim lucidius, aut uerius exponi posse putabam. Tum ille, Non est, ait, ut putas: sed quæ ad Patrẽ pertinent, partim aperta & uera, partim obscura & falsa sunt. Nam ipse quidem æternus est: non tamen ut semper Deus, sic semper & Pater. sed prius Deus: postea Pater. Ad hæc cum ego exclamarem: hæreticum esse documentum: doctrinãq́ diabolicã: Non est, inquit ille, clamoribus differendũ, sed rationibus: si ueritatis indagandæ studio ducimur. Ego quid pro mea sententia sit, dicere facile possum: tu quid pro tua sit, melius explicare si potes: ab errore me grãdi liberaueris. Ipse miser, qui ingenio & doctrinæ meæ magis q̃ æquum erat confiderem: cum eo tãq̃ cum uno quolibet hominum cæ-

terorum disputare cœpi: tandemq; rationibus, quas mihi ex aduerso plurimas ingerebat: & (quod magis admiratus sum) Scripturæ Sacræ testimoniis in errorem me paulatim tam nefarium misit: ut iam neq; Filium, neq; Spiritum sanctum, Deum putarem. Interim rapuit animam mors: & qualem reperit, iudici obtulit. Ab eo discedere in hunc ignem sum iussus: quem, & si maximus est: tolerabilem tamen utcunq; putarem: si uel post mille annorum millia finiendus foret: sed æternus est: idemq; tantus: quantum nulla unquã apud nos uidit ætas, ut me in singulas fermè horas scientiæ meæ pœniteat: quæ in tam immane præcipitium me deiecit. Et hæc dicens euanuit. At ille tum rei nouitate, tum uero amici damno permotus, ut in se primum reuersus est: cum iis, qui sibi amicissimi erant, quod uiderat contulit: petiitq;: quidnam aduersus huiuscemodi rem factu optimum ducerent? Decretum in commune est: ut ad eam se quisq; fidem referret, quam Catholica seruat Ecclesia. Paulopost in ægrotationem, ex qua & mortuus est, incidit. Et ecce ad eum itidẽ antiquus hostis prioris disputationis successu animosior uenit. quærit: de fide quid credat? Respondet: credere se quæ mater Ecclesia credit. Rursus antiquus hostis, quidnam credat mater Ecclesia? sciscitatur: Et ille, quod ego, inquit. Atq;

in hunc modum audientibus his, qui astabāt, ueluti ab aliquo interrogatus, credo quæ credit mater Ecclesia: & mater Ecclesia credit quę ego credo: tantisper dicere non cessauit: dum animā redderet. Ita factum est: ut delusa inimici uersutia, ipse in cœlum migraret: & post paucos dies amicis, quos, quidnam in huiuscemodi re factu optimum uideretur cōsuluerat: longe alio habitu corporis apparens, gratias ageret: quod eorum consilio ad cœleste regnum, & beatitudinem sempiternam ascēderat Quæ nos uti sunt gesta describere, superfluum arbitrati non sumus: ut horum uel infortunio, uel successu discere unusquisq; posset: de fide cum diabolo disputari non oportere: sed satis esse, si ad eam se quisq; referat fidē, quam catholica seruat Ecclesia. Quoniam autem, q̃ꝗ ipsi cū eo disputare nolumus: diuersos tamen ille errores, uariasq; hæreses seminare non desinit: ut in fide q̃ firmissimi esse possimus: quo ea pacto cœperit, aut creuerit: & quid iubeat: cogitare poterimus. nihil est enim tā uehemens ad persuadēdū (utputo) q̃ hoc genus assidua cogitatio. nā si uel potētia principū, uel philosophorū documētis, uel certe rerū factu faciliū, & ad quas natura proni sunt hoīes, præceptiōe introducta fuisset: dicere nō imerito aliqs posset: diuinā nō eē, quā horū aliqd induxisset. uerū cū nihil ī ea fuerit tale: qnimo uniuersa ꝯtraria: iu

re optimo & est, & esse creditur diuinissima. Nam Apostoli, per quos in Iudaea primũ, deinde in toto terrarum orbe prædicata est: inopes, ignobiles, pauci, & rudes fuere: quorũ qui uel faciem, uel uestes aspiceret: multo autẽ magis, aut numerum cerneret, aut linguam audiret: authoritatem tanti faceret, quanti quæ minimi. Quod autem prædicabãt: eiusmodi erat: ut magis insanire putandi forent, q̃ dignũ aliquid auditu docere. Quis enim illos non crederet insanire? cum eum, quem esse hominem, & genere mortis turpissimo inter latrones a suis ciuibus crucifixum, mortuum, atq; sepultũ faterentur: ipsi iidẽ, qui hæc faterentur: a mortuis resurrexisse, & Deum esse affirmarẽt: & ita affirmarẽt: ut inter grauissima quæq; supplicia mori mallent, q̃ aliter dicere? Nam & hoc Apostolus tetigit: qui ad Corinthios scribẽs, Nos, inquit, prædicamus Christum, Gentibus quidẽ stultitiam: Iudæis autem scandalum: ipsis autẽ uocatis Dei electis, Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Quod enim stultum est Dei: sapientius est hominibus. Quod igitur prædicabant: cum eiusmodi esset: ne illis quidem, si quos tunc inuenissent, quibus nulla insedisset adhuc alicuius religionis opinio: persuaderi debuerat. Cum uero suos quæq; regio deos haberet, suas cerimonias, suos immolandi ritus, sua phana, suos sacerdotes: & hæc partim opinio

nio

nio populi,partim imperatores;ac reges,suadē
tibus ita fieri oportere: sacerdotibus idolorū,
defenderent: & ita defenderent: ut qui contra
mutire auderent, uariis cruciatibus necarētur:
multo(ni fallor)minus persuaderi debuit. Por
rò cū ad hæc omnia, etiā quæ circa eius cultū
docebāt: uoluptatis huius seculi nihil, laboris
autē, & doloris plurimū haberent: ut castitatē
seruare:mulierē alienā nec concupiscere: ieiu-
niis,atq; uigiliis carnē subiicere:aliena non ra-
pere:suis renunciare. Percutienti in unā maxil-
lā, præbere & alterā: auferenti palium, dimit-
tere insuper tunicā:inimicos diligere: benefa-
cere iis,qui oderunt te: pro persequentibus,&
calūniantibus orare:corporis cruciatus nec fu-
gere:nec timere: sed eius potius ultro oblatū,
inter ipsa tormēta gaudere: abnegare temeti-
psum:& ut sequaris Christum, tollere crucem
tuam:perdere hic animā tuā,ut alibi eam inue
nias:& alia hoc genus: quæ partim cōsulebāt:
partim etiā præcipiebāt innumera: cum inquā
quæ circa eius cultū docebāt: uoluptatis huius
seculi nihil,laboris autē & doloris plurimū ha
berent:ut(quæ pauloante cōmemoraui) mul-
to adhuc minus persuaderi debuit:persuasa ta
men est: & ita persuasa:ut non promiscuū mo
do uulgus,& ignobilē plebē,quæ patere sæpe
callidorum fraudibus solet:sed doctissimos,&
iam uiros, & prouinciarū nobilissimos reges,

ad extremũ uero etiã orbis dominũ uniuersi in suam trãsire sentẽtiã faceret: ut uerũ esse sciremus, quod Apostolus ad Hebræos scribit, dicens. Sancti per fidẽ uicerunt regna. Hoc autẽ quis nõ uidet esse diuinũ? Quod si diuinũ est: uera est ꝑfecto etiã fides nostra. Quotus enim quisq; inuẽtus fuisset: qui tantã inter ea, quæ in singulas fermè horas à tyrannis, aut carnificibus, excogitabãtur supplicia, cõstantiã exhibere potuisset: nisi uerũ esset, atq; adeo plusq̃ uerũ illud, pro quo tam obnixe, tãq; intrepide decertabãt. Perpauci sunt profecto, ut non dicã nulli: qui etiã in re summa, si per tormẽta res agitur: non etiã quæ sunt oĩbus manifesta, potius negent, q̃ torqueri uelint. At hi tot, tãq; inaudita tormenta, & ipsi subiere: & innumerabiles alios ad subeundũ induxere: quia rem occultã, stultã ac deliramenti similẽ, cuius nullã haberent aliam certitudinẽ, q̃ ꝙ ita crediderant: negare noluerunt. Cur hoc? Non'ne quia uerissima erant, pro quibus tam intrepidi stabant, fidei Christianæ, ac ueri, eiusdẽq; summi Dei testimonia? Atq; ob hanc ipsam rem non spectatoribus modo, sed ipsis quoq; iudicibus, qui torqueri faciebant: & carnificibus, qui torquebant, credibilia facta sunt, quæ dicebant. Sicut ait Propheta. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: cum etiam plus ipsi possent ferendo, q̃ carnifices inferendo supplicia: cum uicti

uincerent: & cæsi de hostibus triumpharent: cum (sicut in Euangelio dominus ait) tanq̃ frumenti grana mundissimi in terram cadentes, & mortui, multum fructum afferrent. Nullus ad extremum relictus est: cui non & uerum, & manifestum uideretur, quod prius & falsum, & occultum, & insaniæ, ac deliramentorum plenum arbitrabantur. Neq; nego: magno ad hãc rem adiumento fuisse miracula, quæ per hos ipsos, & multa, & maiora indies fiebant. Quis enim eis non crederet, a' quibus & dæmones effugari, & omnes humani corporis infirmitates sanari, & mortuos suscitari, solo uerbo uidisset? Sed hæc ipsa miracula ueritatis fidei Christianæ argumenta firmissima esse contendo. Nam ea, quæ super naturam sunt: non facit nisi Deus, aut cui Deus permiserit. Non permittit autem (utputo) iis, qui de se falsa loquuntur. Scimus enim quia peccatores Deus non audit: sed, siquis cultor eius est: & uoluntatem eius facit: hũc exaudit. Quod si aut Deus ea fecit: aut facere iustos p̄misit: uerissima sunt profecto quæ sic persuasa fuerunt. Porrò si quis miraculis non adhibeat fidem: & ficta esse, non facta contendat: (quanquam longe ille quidem a' uero aberraturus sit) uideat si non istud & grande miraculum, & pro Christiana Fide argumentum certissimum est: q inopes, & ignobiles, & pauci, &

rudes,totum in suam sententiã,absq; ullo miraculo,terrarũ orbem traxerunt:& in eo plurimos partim doctissimos,partim etiã potẽtissimos uiros. Ad hæc etiã illud uniuscuiusq; fidẽ firmabit mirifice: si doctorũ Hæbreorũ, Græcorũ, & Latinorũ summa ingenia,ingẽtem'q; doctrinã secum ipse recenseat. Quos enim ex librorũ,qui ab ipsis æditi sunt,multitudine, simul ac pulchritudine:nõ disertissimos modo, uerum sciẽtiæ quoq; profundissimæ fuisse nõ dubitat:hos tantos,& tam multos falli nõ potuisse,facile credet: Cũ præsertim fuerit fermè semper, qui aduersus ecclesiasticũ dogma, Fidẽq; Catholicã,& summo ingenio, & ingenti doctrina contẽdere ausi, reges interdũ & imperatores,pro ea,quã ipsi introduxerãt,hærese arma capere,ac in persecutione fideliũ debacchari fecerint. Qui siquid(nolo dicere)ueri,sed uerisimiliusculi pro suis erroribus afferre potuissent:totum,haud dubiũ,terrarũ orbem post se partim duxissent:partim etiã ptraxissent. Nam duo cum sint, quæ sententiã mutare homines faciũt:hinc quidẽ perturbatio animi:ut timor, spes,dolor,& gaudiũ:illinc autẽ ratio,quæ oĩa interdũ ista pessundat:& hac quidẽ ipsi disputando,ratiocinãdo,docẽdo:illis uero imperatores,ac reges,cõminãdo,pollicendo, donando, atq; torquendo uterentur:nihil obstitisset, quo minus omnes in suam sententiã (uti pau-

loante diximus)uel duxissent,uel ptraxissent:si ueri aliquid suadere aggressi fuissent. Non duxerunt autẽ,neq; pertraxerũt: quia ueri omnino nihil suadere aggressi sunt. Et enim ut oleũ liquoribus aliis,ita rebus oĩbus,quæ sciri,aut credi possunt,supernatat ueritas. Neq; sine causa in Esdra Zorobabel sapiẽtiæ palmã cõsecutus est:cum uno,forte uinum,alio,fortiorẽ esse regẽ,scribẽte,ipse,fortiores mulieres,super oĩa autẽ uincere ueritatẽ disseruit. Quod enim sententiæ suæ rationẽ reddens dixit: Veritas magna & fortior præ oĩbus: Omnis terra ueritatẽ inuocat: cœlũ etiã ipsam benedicit: & omnia opera mouentur: & tremunt eam: & nõ est cũ ea quicq̃ iniquũ: Et paulopost: Veritas manet, & inualescit in æternũ: & uiuit,& obtinet in secula seculorũ: Nec est apud eam accipere personas,neq; differẽtias: sed quæ iusta sunt,facit oĩbus iniustis,ac malignis: & omnes benignantur in operibus eius: & non est in iudicio eius iniquũ: sed fortitudo,& regnum,& potestas,& maiestas omniũ æuorũ. Hoc inquã,quod scripti sui rationẽ reddens disseruit: tam uerũ est, q̃ quod uerissimũ. Quamobrẽ tollere,mea quidem sentẽtia, de mente uniuscuiusq; dubium, siquod forte super fidei ueritate inciderit: hæc & singula possunt,& multo amplius uniuersa. Referri hoc loco possent, quæ in epistola ad Hæbreos non copiose modo,uerũetiam acu-

tissime de fide scribit Apostolus. Sunt enim grãdia, & ad explicandã fidei necessitatem, utilitatem, & potestatẽ apprime utilia. sed partim quia homini in uitæ mortis'q; cõfinio laborãti multa cogitare non uacat: partim uero quia, sicui uacat, ei de ipsa epistola sententias summere, quotquot uoluerit, licet: locum, unde sumi possint, demonstrasse sufficiat: ut uel ipse, uel qui curam ipsius gerunt, spiritnales amici, quicquid optimum, & ad eam ægrotationem, quæ tunc maxime stimulat, accommodatissimum fuerit: depromere, atq; adducere in medium possint.

De desperatione, quam morienti antiquus hostis conatur immittere: Quid'q; aduersus hoc Christianus hõ facere debeat. CAP III

Iam uerò si fundamẽtum, quod est Christus Iesus, conuellere non potuerit: quid porro moliri studeat improbus, uideamus. Neq; enim tam Troianis couuenire putãda sunt, quæ apud Maronem Latinus rex ciuitate obsessa in cõuentu Latinorũ dixit. (Quos nulla fatigãt Prælia: nec uicti possint absistere ferro.) Quàm spiritibus immũdis: & quidem multò accõmodatiùs. Nam illi uicti aliquãdo, solum proprium relinquere, ac maritimis tempestatibus se se cõmittere compulsi sunt. At hi, fusi sint licet, atq; fugati; uicti'q;, atq; in ditionem redacti; uires ta-

men colligere,& prælium in singula momẽ-ta maioribus semper odiis,& pertinacia infe-stiore instaurare non priùs absistunt,q̃ uel ex eo uictores euaserint:uel,animâ in cœlum su-blatâ,cum ea ultra dimicare non possint. Pu-gnant autem nostris armis:ut plurimũ:&,qui-bus uictos esse se sciunt: iis nos uicissim perfi-di uincere moliuntur. Non aliter,q̃ captiuorũ improbissimi quiq;: qui si,cum uictorem circa id,per quod uictor euasit,attẽtiùs agere uidẽt: extendere ad arma dexteras possunt:illis ipsis, quibus superati sunt,armis eum obtruncant. Quis enim unq̃ crederet,pro fidei ueritate sta-re diabolum? Qui non alia magis re uictum se meminit,q̃ fide. Sicut in epistola sua scribit Ioannes. Hæc est uictoria,quæ uincit mundũ: fides nostra. Stat tamen,& ita stat: ut quã con-uellere antè non potuit,perquàmdiligentissi-mè firmet. & quemadmodum qui munitissi-mo,ac tutissimo loco ædificatam ciuitatẽ op-pugnant: si neq; murorum fundamenta con-uellere, neq; partem aliquam rumpere, neq; scalis superare altitudinem possunt: portas obstruere, & uallo fossa'q; circundare solent: ut necui sit egrediẽdi facultas:atq; ita,qui ob-sidentur:uel uicti se dedant:uel fame siti'ue cõ-fecti intereant. Ita hostis antiquus, si fundamẽ-tum,præter quod aliud poni non potest: con-uellere,aut bonorum operum,quæ super illud

ædificata sunt, soliditatẽ rumpere, aut superare altitudinem nequit: fidem quaquauorsum firmare: & exitus intercludere uniuersos conatur: ut, sublata omni euadendi spe, dedere se se obsessus cogatur: aut præ fame, siti'ue anima eius in ipso deficiat. Sicut ait Propheta. Esuriẽtes & sitientes: anima eorũ in ipsis defecit. Conatur autẽ huiuscemodi uerbis. Christus Iesus, homo Deus, Dei filius, quẽ tu tã obnixè Deũ nosse te confiteris: factis autẽ semper negasti: peccatum tibi per baptisma originale dimisit: gratiã dedit: liberũ cõcessit arbitrium: intellectus, uolũtatis, atq; memoriæ tribuit usum: bonã corporis ualetudinẽ, animi dotes, multa'q; fortunæ bona donauit: aduersis interdũ rebus, uti ad iustitiæ semitã redires, cõmonuit: peccatorũ, quibus eius patientiã toties, & tam nefariè irritasti, sæpiùs tibi tã ueniã præbuit, q̃ ipse petieris: cum tu eum tamen indies magis magis'q; irritaueris: partim illis ipsis, quorũ tibi ueniã dederat: partim etiam grauioribus culpis. Defessus est deniq; ignoscẽdo: cùm tu defessus peccãdo non sis. Putas'ne, illum esse iniustũ: ut non pro tuis te sceleribus digna quãdoq; afficiat pœna? Putas'ne, te ingratitudinẽ tãtã, qua (ut cætera sileã) pro te homo factus, pro te crucifixus, mortuus, & sepultus, abs te tam iniquè prouocatus fuit: impunè laturum? Putas'ne, sic apud eum misericordiã, aut ignauã potiùs in-

dulgentiam esse:ut iustitiæ omninò nil sit? Est profectò: atq; adeò nō minor,q̃ misericordia. Scriptū est enim. Iustus dominus in oībus uiis suis. Et rursùs. Deūs iudex iustus.

Et. Iustitia tua, sicut montes Dei. Et.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autē deos diiudicat. Et quæ tu te huiusmodi multa legisti. Quod si apud eum uix iustus saluatur: tu impius, & peccator, ubi apparebis? ubi apparebis tu? Qui, cùm patiētia eius ad pœnitentiā te inuitaret, secundū duriciā tuam, & cor impœnitens, thesaurizasti tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei: qui reddet unicuiq; iuxta opera sua? Non'ne hoc, & hoc omisisti? Non'ne illud & illud fecisti? Enumerans omnia, quæ cogitatione, uerbo, uel opere, aut bona non fecit, aut mala cōmisit: ea'q; singulatim per loca, personas, & tēpora, exaggerans unūquodq;, & in ueniæ desperationē q̃tū potest inducens, quā, etiā si petatur: quia satisfaciēdi, fortassis etiā confitēdi, spatium deest: nullo genere cōsequi posse illū affirmat: illud subinde in mediū afferens. Quoniā non est in morte, qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi? Et rursùs illud: Quoniā in inferno nulla est redēptio: Vt uel exēplo Cain secum ipse iàm dicat. Maior est iniquitas mea, q̃ ut ueniā merear: Vel cum Iuda Scariothe ad laqueū currat: & subtrahat se

se,atque abscondat a misericordia Dei: quam etiam studiosissimè imploratam, post quantæcunque pœnitentiæ satisfactionem, cōcedi sibi posse non sperat. Hæc eius sunt arma: hi doli: hæ artes: quibus miseram uniuscuiusque animam crudelis impugnat: & ueluti fidei muris inclusam, ut egredi omnino non possit: ac fame, siti'que contabescat: memoria præteritarum culparum, tanquam fossa, & iustitiæ diuinæ commemoratione, tanquam uallo quodam, circundat. Contra quas quid Christi miles uicissim agere: quomodo se ad pugnam instruere debeat, uideamus. Non est enim (ut arbitror) nouum hoc nomen: ut Christianum hominem militem appellemus. Siquidem & in Iob legitur. Militia est uita hominis super terram. Et Apostolus in secūda ad Corinthios ait. Arma militiæ nostræ, non carnalia sunt: sed potentia Deo ad destructionē, munitionū consilia destruentes: & omnem altitudinem extollentem se aduersùs scientiam Dei. & in captiuitatem redigētes omnem intellectum in obsequium Christi: & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam. Quod & pluribus identidem locis usurpatum est. Quamobrem, deiectis portarum repagulis, & fossa humo oppleta, diruptoque uallo, exitum sibi per media hostium castra faciat, necesse est: faciat autem hoc modo. Nam primùm omnium

ad memoriam reuocabit diuinæ misericordiæ quotquot potest exempla. quale illud Dauid. qui adulterio parricidium iunxit: & tamen statim ut dixit: peccaui: audire meruit a' Propheta. Dominus quoq; transtulit peccatum tuum. Et illud mulieris in adulterio deprehēsæ: quā miseratus, non cōdēnauit. Et illud Mariæ Magdalenæ: de qua, cùm fuisset in ciuitate peccatrix: dæmonia septem eiecit: & peccata ei multa, quoniā dilexit multùm, remisit. Et illud Petri apostoli: qui & ipsum negauit: & nō ob eā rem tamen primatum, quem inter apostolos fuerat consecutus, amisit. Et illud latronis: qui paucis admodùm uerbis, quibus & socium criminis increpauit: & dominum, ut sui meminisset, orauit: audire promeruit. Hodie mecū eris in paradiso. Et illud Pauli: qui ecclesiam Dei & antea persecutus, & tunc etiam persequens, Vas tamen electionis est factus. Hoc est, repagula portarum deiicere: hoc est, egrediendi de urbe obsessa sibi aditum patefacere: hoc est, erumpendi per hostium castra uiam latissimā aperire. Quemadmodum enim culparum, qui bus obligati fuimus, ueterum commemoratio, ad damnationis metum nos pertrahit: & misericordiæ quandam (ut ita dixerim) ianuam claudit: eodem modo aliorum, qui, cùm similia, & maiora fortassis admiserint, ueniam consecuti sunt; consideratio, ad

ſpem ueniæ firmiſſimam rettrahit: ac eam,quæ paulòantè uidebatur cōcluſa,miſericordiæ ianuam aperit.Hoc itaq; factū cùm fuerit: ſecundo loco,quæ cōfeſſus eſt,& pro quibus ſatiſfeciſſe ſe meminit,peccata, ea nihil ad ſe exiſtimet ptinere.Si enim Propheta Dauid ob hoc ſolū,quod dixit: Confitebor aduerſùm me iniuſtitiā meā domino:miſericordiā conſecutus eſt:quod oſtēdit,dum ſequitur: Et tu remiſiſti impietatē peccati mei: Si apud Eſaiam Prophetā,ubi dicitur: Confitebor tibi,domine,quoniā iratus es mihi: de conſolatione fit mentio:unde protinùs ſubditur. Conuerſus eſt furor tuus: & conſolatus es me: Quantò magis & miſericordiā,& conſolationē conſequi potuit,qui & cōfeſſus eſt:& ſatiſfecit? cùm duplex tribulatio aduerſùs nullū conſurgat:& ea Deus fore impunita ꝑmiſerit, quæ ſua quis ſponte ꝓpter eum punierit?Sicut in Ezechiele conteſtatus eſt. Si dixero impio:morte morieris:& egerit pœnitentiā à peccato ſuo:feceritq; iudiciū,& iuſtitiā:& pignus reſtituerit ille impius:rapināq; reddiderit:in mādatis uitæ ambulauerit:nec fecerit quicq̄ iniuſtū: uita uiuet:& non morietur. omnia peccata eius, quæ peccauit,non imputabuntur ei. Quorū uerò fortaſſis pœnitentiā non egit: uel quæ necdū etiam cōfeſſus eſt: ea,ſi non loquēdi facultatē amiſit,uerbis confiteatur:dolens,gemensq;,q;

in eam usq; horã cõfessus non fuerit. Aut, si loqui ultrà non potest: signis: quale est, pectoris percussio: coniunctio manuũ: & sursùm uersùs eleuatio: & lachrymarũ effusio: & huiusmodi alia. q; si nec istud potest: corde saltẽ solo cõfiteatur: & non egisse pœnitẽtiã se, uel minùs legitimã egisse, itidẽq; confessum non esse, & ad hoc se redegisse, ut confiteri, aut pœnitẽtiã iàm agere ultrà non possit, doleat q̃ põt ex animo: certus, nec illã aut pœnitentiã, aut confessionẽ fore apud Deum seram: si est uera. Ait enim.

Nolo mortem impii: sed ut cõuertatur impius à uia sua: & uiuat. Ad hæc & bona, siquæ ante id tẽpus, gratia Dei adiutus, fecit: ad memoriã reuocet. Reuocet autẽ sic: ut neq; sibi ea soli attribuat: neq; sine se rursùs à Deo solo facta intelligat. Sicut Apostolus in Prima ad Corinthios, qui cùm oĩbus se Apostolis abundantiùs diceret laboràsse: statim intulit. Nõ ego autẽ: sed gratia Dei mecum. Hæc duobus eum modis uti benè speret, efficient: altero: q;, qui hæc operatus est: mercedẽ eum accipere æquũ esse, nõ ignorat: quãdoquidẽ & qui dedit uni ex minimis istis potum aquæ frigidæ tantũ in nomine discipuli: mercedẽ suã perditurus nõ sit: altero autẽ: q; qui eum, ut hæc operaretur, adiuuare dignatus est: iam tũc, cùm adiuuaret: indiciis haud obscuris ostendit, eũ amare se: & suum tutari opus nõ aspernabitur. Hoc est, hu-

mo fossam opplere:ut ne impetum in uallum facturo,& per media hostium castra erupturo, casus,aut etiam submersionis periculum sit. Hoc ubi fecerit:uallum iam securus aggrediatur,licebit:& Diuinæ Scripturæ sententias,quibus eum,tanq̃ totidem sudibus,inimicus uallauit, reuellat: in'q; hostem proiiciat: & Christum quidem Iesum hominem Deum aduocatum sibi ad deprecanda peccatorum, quibus maiestatem diuinam offendit: supplicia,fore affirmet:Sicut in epistola sua scribit Ioannes.

Filioli,scribo uobis: ut non peccetis: sed & siquis peccauerit: aduocatum habemus apud Patrem,Christum Iesum:& ipse est propitiatio pro peccatis.Cui tantum est,ne ullus omnino intereat,studium:ut quæ pro nobis semel sine ullo peccato pertulit mala: ea semper Patri in satisfactionẽ debiti,quod singuli quiq; peccando contrahimus,offerat:quæ nobis firmissima salutis est spes:cùm præsertim idem ipse etiam iudex futurus sit.Quis enim illius iudicium securus non subeat:quem habere in ea causa etiã aduocatum se sciat? Aduocatum dixi:fratrem dicere debuissem.Ait enim psalmo uigesimo primo: Narrabo nomen tuũ fratribus meis.

Non enim,(ut etiam ad Hebræos Apostolus scribit)non,inquam,confunditur,eos, quibus ipse per se,suos'ue, nomen Dei annunciaturus est:fratres uocare.quandoquidem & qui

ſanctificat,& qui ſanctificantur:ex uno ſunt omnes. Cuius enim Patris ipſe natura eſt Filius: eiuſdem etiam nos Patris adoptione filios eſſe permiſit. Et ob eam rem, cùm oramus: Patrem nos docuit Deũ uocare. Quod & in Malachia legitur, cùm dicit. Si Pater ego ſum:ubi eſt honor meus? Parum dixi, fratrem: cùm corporis eius, cuius ipſe eſt caput:ſinguli quiq; ex nobis membra ſimus. Quemadmodum Apoſtolus docet, Et uos, inquiens, Chriſti corpus eſtis:& membra de membro. Quòd ſi nullus eſt, qui ſui corporis perire uel minimũ membrum uelit:neq; Chriſtus profectò perire noſtrum quẽpiam uolet:quemadmodũ pluribus in euangelio locis teſtificatus eſt: uel cùm dixit: Nõ ueni uocare iuſtos:ſed peccatores.
Vel cũ de eo dicit Apoſtolus:ꝙ omnes homines uult ſaluos fieri. Vel cũ dixit: Diſcite. quid eſt: Miſericordiã uolo, & non ſacrificiũ.
Vel cũ dixit: Non egẽt,qui ſani ſunt,medico,ſed malè habẽtes. Vel cũ dixit: Filius hõis uenit quærere,& ſaluũ facere quod perierat. Vel cùm filii prodigi,qui in ſe reuerſus: ueniã rogaturus aduenerat: q̃uis adhuc lõgè eẽt: miſericordia motus eſt. Vel cùm in cruce fixus etiam pro eis, à quibus erat crucifixus, orauit:dicens: Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. Vel cùm alia huiuſmodi, quorum plena ſunt Euangelia, protulit.

Quocirca nõ eſt cur deſperare(modò in ſe reuerſus ſit)quiſpiã debeat:cùm ab eo iudicãdus ſit:quẽ eundẽ & habiturus eſt aduocatũ:& fratrem habet:& cuius etiã ipſe eſt mẽbrũ. Dicat igitur diabolo:dicat tẽtatori:dicat humani generis hoſti.Factis negaui: factis confiteor iterũ. Cur ampliùs poſſit negatio ad dãnandũ,q̃ cõfeſſio ad ignoſcẽdũ:Peccatũ originale dimiſit. Quid mirũ?cùm uenialia ſimul atq; mortalia uniuerſa dimiſerit: Gratiã dedit:dabit etiã: ut gratiã pro gratia habeã. Liberum conceſſit arbitriũ:nunc potiùs cõceſſurus eſt liberũ:cùm peccare iàm diſplicet. Qui enim facit peccatũ: ſeruus eſt peccati. Intellectus,uolũtatis,atq; memoriæ tribuit uſum:his benè uti incipere,nũq̃ ſerum eſt. Intelligo iam,ipſum eſſe ueritatem: ſicut ait Ioannes: & Spiritus teſtificatur: quia Chriſtus eſt ueritas,& in eo oblectabitur poſthac intellectus meus. Scio,exiſtere ſummũ bonum: ſicut & teſtificatur Propheta. Quàm bonus Iſrael Deus iis,qui recto ſunt corde! Et propterea nihil iam aliud præter eũ uolo. Memini,ab eo me toties ueniã conſecutũ. Iam ultrà patientiã irritare nõ audeo:ne mihi aliquãdo in furorẽ uertatur. Memini,moriturum: & propterea in æternum non peccare conſtitui.

Memorare,inquit,nouiſſima tua:& in æternum non peccabis. Donauit bonã corporis ualetudinẽ, animi dotes, fortunæ bona cõplura.

Aequum

Aequum est,ut qui bona ualetudine benè usus non sum: nunc iàm mala benè uti aggrediar. Aequum est,ut qui pro animi dotibus dignè illum ueneratus non sum:uenerer iam nunc eũ: uel serò:& cum eis animã illi meam,ueluti uirginẽ castã despondeã:sicut scriptũ ab Apostolo est:Despondi enim uos uni uiro uirginẽ castam exhibere Christo. Aequum est,ut qui fortunæ bonis,uelut graui sarcina,meo uitio oneratus fui:nnnc iam beneficio Dei,uelut relictis oĩbus,exoneratus;nudus nudũ sequar:qualem in cruce pro me pẽdere iã uideo. Nec erit,quo me persequẽtis inimici manus uel retineat, uel apprehendat. Aduersis rebus,uti ad iustitiæ semitã redirẽ,cõmonuit:cõmonet etiã nunc.sed priùs quidẽ,ꝙ animo eram in meam perniciẽ obstinato,redire contẽpsi:nunc iam,relicta uia lata & spatiosa,quæ ducit ad mortẽ;in eam rediui,pergo'ꝙ,quò me ducit: securus,ducere ad cœlũ eam rectissimè.Irritaui patiẽtiã eius multis magnis'ꝙ criminibus : prouoco nunc iam misericordiam multis , magnis'ꝙ gemitibus. Neꝙ ille lassari potest ignoscẽdo:in quo(sicut ait Propheta)non est deficiens, neꝙ laborans: neꝙ ego ueniã implorando. Scio quippe,non esse cõdignas passiones huius tẽporis ad futuram gloriã,quæ reuelabitur in nobis: & certus sum: ꝙ etsi non dabit mihi, eò ꝙ amicus eius sim:dabit certè uel propter improbitatẽ . Scio,

esse iustissimũ: & propterea non puniturũ cõfi-
do: quæ ipse nunc punio. Scio, ingratũ me ha-
ctenùs extitisse: & propterea pœnitet me ingra
titudinis meæ. Qui Petrũ Apostolũ, à quo ne-
gatus fuerat, respicere dignatus est: me (puto)
eadẽ, quæ Petrus egit, facientẽ non despiciet.
Iræ amantiũ amoris integratio est. Amabo cũ
posthac tantò ardẽtiùs: q̃tò (uelut aliq̃diu cõ-
tecto amoris igne) minùs amare sum uisus.
Charitas autẽ operit multitudinẽ peccato-
rum. Et dimissa legi fuisse Mariæ Magdalenæ
delicta multa: quoniã dilexit multũ. cui enim
minus dimittitur: minùs diligit. Non est, non
est, inquã, ignaua in eo negligẽtia, sed iusta mi-
sericordia, misericors'q; iustitia. Qui dixit: Iu-
stus dominus, in oĩbus uiis suis: Idem etiã di-
xit: Voluntatẽ timentiũ se faciet: & deprecatio-
nẽ eorũ exaudiet: & saluos faciet eos. Qui di-
xit: Deus iudex iustus: Et: Iustitia tua sicut mõ-
tes Dei: dixit etiã: Deus fortis & patiens, nun-
quid irascetur per singulos dies? Et rursùs. Ho-
mines: & iumẽta saluabis domine. quẽadmo-
dum multiplicasti misericordiã tuã Deus? Et
qui dixit: In medio autẽ deos diiudicat: dixit
etiã: Eripite pauperẽ: & egenũ de manu pecca-
toris liberate. Desine iam (qui tibi mos est) di-
midiatas Diuinæ Scripturæ sentẽtias afferre in
mediũ. Tunc quoq;, cùm ipsum dominũ glo-
riæ tentares, attulisti dicẽs: Scriptum est enim,

Angelis suis mādauit de te:ut custodiant te in
oībus uiis tuis. In manibus portabūt te: ne unq̄
offendas ad lapidē pedē tuum: Et non addidi-
sti: Super aspidē & basiliscū ambulabis: & cō-
culcabis leonē, & draconē: Quod de te scriptū.
statim post ea, quæ in mediū attulisti, prophe-
tæ testimonia, sequebatur. Scis enim, q̄ pecca-
tori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias me-
as: & assumis testamentū meū per os tuum? tu
uero odisti disciplinam: & proiecisti sermones
meos retrorsum? Si uidebas furem: currebas
cum eo: & cum adulteris portionē tuā pone-
bas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua
concinnabat dolos. Et paulòpòst. Existimasti
inique: q. ero tui similis? Arguam te: & statuā
contra faciē tuam. Nam quæ mihi cōmemo-
ras crimina: eorū ego (quoniā diligētibus Deū
omnia cooperātur in bonū) cōmemorationē
ita suscipio: ut non, quia peccaui, ueniā conse-
qui me posse desperem: sed ut, si cuius pœnitē-
tiā agere oblitus fuissem: eius uel nunc, quoniā
ad memoriā reuocasti: pœnitentiā agā. Quid
enim dum omnimodo, siue per occasionē, si-
ue per ueritatē pœnitētiā agere monear? Nam
(ut tu rectè quidē, sed intentione obliqua, dixi-
sti) patiētia Dei ad pœnitentiā me inuitat: non
ultrà igitur differā: ne thesaurizem mihi iram
in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei. Red-
det enim unicuiq; iuxta opera sua: tibi autem,

quo authore mala patrantur uniuersa: quid, nisi sempiternũ malũ? Vade igitur retrò sathana, uade: quia mihi certum est (ut in Iob legimus: quẽ tu, dum superare conaris, meliorẽ fecisti) etiam si occiderit me: sperare in eo. Quis enim unq̃ in eo sperauit: & cõfusus est? Habeo prophetã, qui dicat. Ego autẽ semper sperabo. Et rursus. Mihi autẽ adhærere Deo bonũ est: ponere in domino Deo spem meã. Et iterũ. Deus auxilii mei: & spes mea in Deo est. Et eodem loco. Sperate in eo omnis cõgregatio populi: effundite corã illo corda uestra: Deus adiutor noster in æternũ. Est enim (ut apud eundẽ prophetã habemus) miserator & misericors dominus: patiens, & multũ misericors: suauis uniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. Quomodo nãq; miseretur pater filiorũ: misertus est dominus timentibus se. Adibo igitur cum fiducia ad thronum gratiæ eius: ut salutẽ inueniã: & misericordiã cõsequar, in tẽpore opportuno. Scio, nihil tam ei displicere posse, q̃ ueniæ desperationẽ: qua quisquis tenetur: multò ea sola magis Deum offendit, q̃ cæteris quátiscũq;, quibus illũ irritauit, peccatis. Non enim arbitratur, Deũ esse, qui finitum in eo aliquid putat: neq; intelligit quid sibi id uelit, quod de misericordia eius locutus est Dauid: dum ait. Misericordia autem domini ab æterno: & usq; in æternũ, super ti-

mentes eum. Proinde interitũ laquei tui, quẽ mihi abſcõderas: tecũ (ut dignus es) aufer: eo'q; captus, & alligatus diſce: perfectũ iam in te illud, quod imprecatus eſt Dauid, dicens. Veniat illi laqueus, quẽ ignorat: & captio, quam abſcondit, apprehẽdat eum: & in laqueũ cadat in ipſum. Anima autẽ mea exultabit in domino: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo. Tam prorſùs delectabitur: ut, uel ſi cõpertũ ſit mihi hoc: de damnandorũ eſſe me numero: ſperare tamen in eo non deſinã. Hoc eſt, uallũ cõfringere: hoc eſt, ſudes reuellere, & in hoſtẽ proiicere. Hoc eſt, per media hoſtiũ caſtra ſibi exitũ facere: atq; deſtructis munitionibus, deiecta'q; altitudine, quæ ſe aduerſùs Dei ſcientiã extollebat: & ſubiugata omni inobediẽtia, fidẽ firmam, & ſpem cõtinuã retinere: ac uerſas in fugam perfidorũ, & de ſalute ſua deſperantiũ, hoſtium turmas capere, atq; peſſundare.

De impatientia, quã morienti antiquus hoſtis conatur immittere. Quid'q; aduerſùs hoc Chriſtianus homo facere debeat. CAP IIII

Captas autẽ diligenter cuſtodiat neceſſe eſt: quia neq; dimittere poteſt: ne bellũ rurſùs iſtaurẽt: neq; (quod immortalẽ à deo naturam cõſecuti ſunt) interficere. Multo'q; tunc in maiori uerſatur diſcrimine: q̃ ſi cõplures domi, quos cepiſſet, leones uiuos haberet. Nam eos quidem

de alto iaculis,aut sagittis conficere,& fame,ac longa cōsuetudine reddere mansuetos posset. Hos uerò neq; aliquo modo interficere; quia naturæ sunt immortalis:neq; ulla omninò cōsuetudine(longa sit licet,atq; cōtinua) reddere māsuetos potest. Quid igitur capti moliantur: quid contra Christianus miles moliri debeat; uideamus. Neq; enim sine causa Petrus Apostolus scribit. Sobrii estote,& uigilate: quia aduersarius uester diabolus, tanq̄ leo rugiens, circuit quem deuoret: cui resistite fortes in fide: scientes,eandē passionē ei,qui in mūdo est, uestræ fraternitati fieri. Nam qui fortis nō est: qui corporis dolores ferre patiēter nescit: qui longā ægritudinē æquo animo tollerare non didicit: perdit sæpenumero per impatientiam quicquid uel fide,uel spe conquisierat: &,dum murmurat:aut (quod est longè deterius) blasphemat:infideli,& eo,q nihil habeat spei,fit peior. Siquidē murmurare,ac blasphemare,si Deū non credas,est malū:si autē credas:pessimum. Et in eum,de cuius bonitate nil speres, hæc facere,graue est:in eum uerò,de quo optimè speres:grauissimū:dicēte in prima ad Corinthios Paulo.Neq; murmuraueritis: sicut quidā eorū murmurauerūt: & perierunt ab exterminatore. Hoc igitur modo antiquus hostis,ubi captum se,atq; in ditionē redactū aspexerit:tanq̄ leo rugiens circuit:sicubi uel rimæ unius aditum ui-

deat,per quē ingredi,capere, ac deuorare eum, á quo captus est,possit. Circuit autē non solus aut semel:sed magna spirituū immūdorū turma stipatus,& iugiter: ut fiat,quod scriptū est.

In circuitu impii ambulant. Sic enim & cū uenissent filii Dei,ut assisterent corā domino: affuisset'q; inter eos etiā Sathan: interrogatus unde ueniret: legitur respōdisse. Circuiui terram: & perambulaui eam. Et quoniā fidelē,ac de bonitate Dei optimè sperantē expertus, nullum in eo perfidiæ aut desperationis aditū patere intelligit:arrepta ægritudinis,quæ illū occupat,occasione: impatientia sibi aditū facere, & cum ea pariter ingredi studet. Non enim,si in iis, quæ ad animā pertinēt,superare non potuit:cōtinuò & in illis non poterit,quæ corporis sunt: quia & caro aduersus spiritū concupiscit:& uicisse per eā se plurimos,atq; adeò maiorē hominū partē,non nescit.Sed quia corporis quæuis ægritudo,si corporis solius est, minores habet uires, q̃ ut animū impatientia stimulet:ac sine animi stimulo nihil agi posse cognoscit: hanc ipsam ægritudinē, quæ cum inclusо,& nulla ex parte ad se aditū præbenti manet,suarū facere partiū nititur: (scit quippe,cōsanguineā suam esse:& quæ in exterioribus tenebris, ubi post supremū iudicium futurus est ipse:domiciliū habeat:habitura'q; sit in posterum magis:quéadmodū scriptū est. Ibi erit fle-

tus & ſtridor dentiũ)ut,aperto per eá tãq̃ quo-
dam poſtico,repentè,ac improuiſò irrumpens,
animã deuoret. Diuidunt auté inter ſe (qui peſ-
ſimorũ quorũcũq; mos eſt)ægritudo & diabo-
lus,etiã anteq̃ capiatur,hominẽ totum:ut ægri-
tudo corpus:animã diabolus habeat. Itaq; cõ-
municato cõſilio,& copiis in unũ iunctis,eum
aggrediuntur:illa intùs manẽs: hic foris. Ve-
xat autẽ illa tantũ:hic,niſi aperiatur,uexare nõ
poteſt. Expectat tamẽ foris,intentus,nequa ſi-
bi (ſi fortè uel leuiter aperiatur) quò minùs ir-
rumpat,ſit mora. Quo autẽ pacto uexet,& qui-
bus exagitet modis, tàm longum eſt dicere, q̃
omnes humani corporis morbos, omnes do-
lores,omnia mala exponere: ſiti,fame,pruritu,
capitis,dentiũ,pectoris,inteſtinorũ, articulorũ
dolore,calculorum,ſtilicidio ueſicæ, cruciati-
bus, frigore,æſtu, humiditate, ſiccitate, ulceri-
bus,ſuppurationibus,plagis, & quæ eiuſmodi
ſunt plurimis. Quæ licet ægram,& partim do-
lore,partim ſenſuũ,quibus ad eam eſt iter,oc-
cupatione,minùs cõpotem ſui mentẽ,hoc ma-
gis oppugnent,quò ſunt magis recẽtia:(noui-
tas quippe,ut quæ ſunt bona,meliora, ſic quæ
ſunt mala,peiora facit uideri) hoc tñ magis ex-
pugnãt,quò ſunt magis inueterata. Deiiciũt.n.
pedetẽtim,& cõtabeſcere faciũt animũ lõgo &
graui morbo cõfectũ: ut ne ſemetipſum quidẽ
amet:aut incolumẽ cupiat. Quẽadmodũ.n.for-

tissimus uictoris priùs exercitus ductor, si per ꝓditioné, aut insidias capiat: tetroq́, ac graui carcere per multos annos maceratus abire sinatur: nil ultrà de triumpho, nil de uictoria, nil de bello instaurando, aut re militari, nil de imperio cogitabit: sed ab iis, qui partiũ suarũ erant, derelictus, authoritate inter militares uiros amissa, ignotus, & egens, priuatã (modò secura sit) in uotis uitã habebit: eodẽ modo, quẽ uiribus animi priùs egregiũ diutiùs morbus confecerit: nil, nisi humile, abiectũ cogitare de se, multò (etiã postq̃ conualuerit) tẽpore potest. At uerò in ipsa infirmitate, in febre, in cruciatibus mortẽ (ut arbitror) solã, & cupit, & cogitat. Nam, cùm bona corporis ualetudo bonum sit corporis quoddã, cuius ualetudo aduersa priuatio quædã est: & hæc ipsa ualetudo aduersa tantò magis priuet, q̃tò grauior fuerit: qui in grauissima ægrotatione sunt: cùm eius, quod memorauimus, boni fermè habeant nihil: nihili fermè ducant necesse est uitã hanc corporis, quæ in eiusmodi ualetudine apud eos est fermè nulla. Porrò cùm diris identidẽ cruciatibus agitentur: tantulũ illud, quod habent uitæ, perdere satius ducũt, q̃ inter mala eiuscemodi uiuere. Ob quam causam multos sibimetipsis manus legimus ĩtulisse: & aut ueneno, aut ferro, aut præcipitatione uitã finisse: alios uerò in blasphemias ora laxasse: sicut in Apocalypsi

scriptum est: Blasphemauerũt Deũ cœli, præ doloribus, & uulneribus suis: alios autẽ contra Deum murmurasse: deniq; alios non murmurasse quidẽ, sed minùs rectè de illo cogitasse. Hæc autẽ siue omnia in uno aliquo fuerint, siue singula: patientiã ei nullã esse demonstrãt: & à minùs recta de Deo cogitatione incipientia, primo in murmurationẽ descendunt: mox in blasphemias cadũt: deniq; & in necem, cuius sibiipsi causa sunt, uoluntariã proruunt. Aegritudo igitur corporis longa, cùm uexat: cũ premit: cùm stimulat: cùm nouis in singulas horas malis exagitat: cũ sensus, ut sui non sint cõpotes, occupat: cũ sibimetipsis quoq;, ut odio sint, facit: cùm eos uitã corporis minimi ducere cogit: nil aliud agit: q̃ ut per minùs rectã cogitationẽ, posticũ aperiat diabolo: cum quo iã pridẽ in hominis eius interitum cõspirauerat. Hic est (ut in Apocalypsi scriptũ inuenimus) patiẽtia, & fides sanctorũ. Nam (si nõ fuerit) aperto statim postico irrumpet tartareus leo: turbam'q; secum malignorũ spirituũ rapiens, infelicẽ animã in murmurationis, & blasphemiæ uerba propellet: arreptum'q; de innocẽtiæ, quã prioribus prælijs legitimè decertãdo seruauerat: uelut arce tutissima, in caput præcipitẽ mittet. Contra cuius impetũ quisquis perseuerare intrepidus cupit: (cupere autẽ debet cui æternæ salutis est studiũ) gratias die, noctu'q; Deo agat

oportet:certus,atq; adeò plusq̃ certus:eam sibi ægritudinẽ,& tunc utilem,& postea utilissimã fore. Si enim Deum diligit: ut certè diligit: & diligentibus Deum(uti Paulus Apostolus author est)omnia cooperãtur in bonũ:& ægritudo corporis ex iis, quæ homini ĩ hac uita eueniunt,unũ est:cooperabitur ei profectò & corporis ægritudo in bonũ,seu perficiẽdo,ut Iob, & Tobiæ:seu ab elatione mentis cõseruãdo,ut Paulo:seu Dei gloriã manifestãdo,ut ei,qui in euãgelio cæcus dicitur natus:seu criminis aliquid diluendo,ut latroni,qui ad domini dexteram crucifixus est. Si enim uasa figuli probat fornax:si aurũ ignis examinat: si argentũ malleus & incus purũ esse demonstrat:si frumentũ non priùs in horreũ collocatur,q̃ flagellis excussum,uẽtilationibus à palea separatũ, cribro etiã perpurgetur: si ex eo non cõficitur panis, nisi mola contusum in farinã tenuissimã redigatur: profectò & ægritudo corporis, & quicquid in hac uita sustinemus aduersi: hominẽ probat,examinat,purũ esse demonstrat: in horreũ patris familias Dei collocari,& panẽ ex eo mundissimũ, Christi'q; regis nostri mensa dignissimũ cõfici facit. Neq; enim temerè uel Petrus,cùm,reliquos sanans infirmos,Petronillã apud se in lecto iacere permitteret: cur hoc faceret à Tito interrogatus,respõdit:ei sic expedire: Vel Paulus,cùm stimulũ carnis angelum

Sathanæ, qui eum colaphizabat, ab se auferri rogasset: responsum'q accepisset: Sufficit tibi gratia mea: subiunxit: Quãdo infirmior, tũc fortior sum: Et: Virtus in infirmitate perficitur. Et. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me uirtus Christi. Quæ si & in cæteris ita se habent: tã pro corporis ægritudine Deo agere gratias debet Christianus homo, q̃ pro maximo quoq beneficio. Nam, cũ in unaquaq re Dei, cuius aut iussu, aut permissu, omnia fiũt: uolũtas spectãda sit: & hæc ipsa uoluntas iniusta esse non possit: iustitiã autem q̃diu hic sumus, ab eo semper misericordia tẽperari nõ ignoremus: debet ꝑfectò unusquisq inter cruciatus, & mala sine murmuratione ferre: quia iusta sunt: & ferẽdo gratias agere: quia misericordiã eius factũ intelligit, ut nõ qualia, aut q̃ta cõmeruit pateretur: & si illis, uel seruari, uel ꝑfici, quas habet uirtutes, cognoscit: multò magis. Quòd si gratias agere debet: blasphemare, murmurare, minùs rectè de eo sentire nõ debet: sed pati: sed patiẽter ferre: sed æquo animo tollerare: sed gaudere: q uel nũc incipiat scire, à deo diligi se. Ait enim. Ego quos amo: arguo, & castigo. Quippe hoc modo cõplures, qui aut pigriùs ibãt: aut ne ibãt quidẽ: ad cœlestẽ patriam accelerare coegit: Sicut ait propheta. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: posteà accelerauerũt. Non coëgisset autẽ,

nisi diligeret. Adde uerò, q̄, cū adhærere Deo sit bonū: (qui enim elongāt se ab eo, peribūt) & adhærere illi non possit, cui iustà non sit corporis ægritudo: si tribulat: (ut certè tribulat) spem quoq; adhærēdi ei certissimā præbet: dicente domino per prophetā: Cum ipso sum in tribulatione. Et rursus eodē propheta de domino. Iuxtà est dominus iis, qui tribulato sunt corde. Ob quam fortè causam Apostolus Iacobus, cùm ad duodecim tribus in dispersione degētes epistolā scriberet: ita exorsus est.

Omne gaudiū existimate, fratres mei: cū in tentationes uarias incideritis: scientes: q̄ probatio fidei uestræ patientiā operatur: patientia autē opus perfectū habet. Si enim Iob, ille tormentorū uictor, & patientiæ exēplar mirificū, fortunis amissis, interēptis die uno ruina ædiū liberis, in grauissima corporis ualetudine, contra fortunā, contra morbū, contra uxorē, contra onerosos cōsolatores, contra ipsum Sathanam, cùm tamen ab nullo adhuc audiuisset: Iuxtà est dominus iis, qui tribulato sunt corde: aut, Cū ipso sum in tribulatione: stabat intrepidus: nec aliud fermè magis rogabat, q̄ ut iuxtà Deum poneretur, dicēs: Pone me iuxtà te: & cuiusuis manus pugnet contra me: q̄tò magis quilibet nostrū, quibus ne minima quidē eorū infortuniorū pars accidit: in ualetudine minùs graui, stare contra morbū solū fortiter

debet: ac patientiá aduersus dolorẽ seruare lõganimẽ: immò uerò etiam gaudere, & gratias agere: cùm esse iuxtà se dominũ, etiam si non rogauerit, sciat: & ei uel adhæreat: uel adhærere posse, non multòpòst, speret? Equidem arbitror: eum, qui semel gustauit, & uidit, quoniam suauis est dominus: qui scit: cuius illa saporis sint uerba, quibus Apostolus ad Philippenses scribẽs ait: Dissolui, & esse cum Christo multò magis melius est: qui dicere potuit aliquando: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, domine, quá abscõdisti timẽtibus te! tantũ abesse ut pro ægritudine corporis quátacũq; aut blasphemet, aut murmuret, aut minùs rectè de ipso Deo cogitet: uti augeri eam sibi potiùs & uelit, & postulet. Tá gráde est quippe, quod præstolatur bonũ: ut omnẽ omninò pœná esse uoluptatẽ existimet: atq; cùm in euágelio dominus dicat: Beati qui nunc fletis: quia ridebitis: & cõsequens sit, ut qui plures flendi causas habuerũt: plures quoq; ridendi habeát causas: ut fiat quod per prophetá dicitur: Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animá meam: plurimum & ægritudinis, & infortuniorum habere optet: ut lætitiæ quoq; & exultationis plurimũ habeat. Nam si huius seculi amatores per maximos quosq; labores ad maximas fortunas festinant: si non nisi per bella periculosissima ad

summū imperiū peruenitur: cùm tamē nec ille, nec istud possideri securè, aut diutiùs possit: quantò æquius est: à nobis, qui scimus, non habere hic nos manentē ciuitatē, sed futuram inquirere: maximos uel labores, uel dolores, & patiēter ferri, cū adsunt: &, si nō affuerint, quæri, ut ad ueras diuitias, uerūq; ac summū imperium, quod & securè, & sine fine possidebitur, perducamur? audiamus'q; dicentem dominū: Venite, benedicti Patris mei, possidete paratū uobis regnū à cōstitutione mundi? de quo & apud prophetā legitur: Regnum tuum, regnū omnium seculorū? Quàq; (si rectè intueamur) quicquid in hac uita uel laboris patimur, uel doloris: minus est, q̄ ut maximum debeat dici: non solū quia citò finitur: ac tantò citiùs, q̄tò est maius: & quod citò finitur: uerè maximū dici nō potest: sed etiā quia uel maximū nō est: cùm fieri adhuc maius possit: uel si maximum est, ut fieri ultrà maius non possit: cum uita pariter adimit sensum. Nō est igitur, cur in aduersa corporis ualetudine blasphemare, murmurare, aut minùs rectè de Deo cogitare quispiā debeat: cū neq; maximū in se aliquid habeat: &, si haberet ut mori quis millies posset: quandoquidē paruū est, quod aliquando finiri debet: non sint cōdignæ passiones huius tēporis ad maximā illam ac sempiternā gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Sed nec illud præ-

termittendum eſt: morbũ corporis (q̃q̃ iubẽte, uel permittente domino) perſæpè inferri à Sathana: queadmodum dicitur per prophetam:
Miſit in eos iram indignationis ſuæ: Indignationem, & iram, & tribulationẽ, immiſſiones per angelos malos: quod cũ alibi, tùm uerò in libro Iob, manifeſtè oſtenditur: ubi ait:
Dixit ergo dominus ad Sathan: Ecce in manu tua eſt: uerũtamen animã illius ſerua: Statim'que ſubdit: Egreſſus igitur Sathan à facie domini, percuſſit Iob ulcere peſſimo à planta pedis uſque ad uerticẽ eius: qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio: Quando autẽ à Sathana non infertur: delectari eum tamen malo noſtro maiorẽ immodũ. Inuidus enim eſt: & ſicut proſperos hominum ſucceſſus ferre non poteſt: ita in iis, quæ nobis accidunt, aduerſis rebus exultat: quod metuebat Propheta, cùm diceret. Qui tribulãt me: exultabũt, ſi motus fuero: ego autẽ in miſericordia tua ſperaui.
Quæ igitur amentia fuerit: eum, qui ſic, uel malis noſtris lętatur: uel, in ipſis ut ſimus, facit: hac ĩſup uoluptate afficere: ut blaſphemare, aut murmurare nos audiat: cùm hac in primis de cauſa, uel morbũ inferat: uel de aliunde illato lætetur: quòd in horum aliquo præcipitari poſſe nos ſperat: ſicut domino in libro Iob dixiſſe narratur: Mitte manũ tuam: & tange os eius, & carnẽ: & tũc uidebis: quòd in faciẽ benedicat tibi.
Certè

Certè consueuimus iis, qui nobis aliqua in re sunt molesti: uicissim ipsi esse nolle iucundi: & qui nobis malè aut uolunt, aut faciūt: illis è cōtrario mala pro malis reddere: q̄q̄ & qui molesti sunt, persępè vtiliores sint, q̄ qui iucundi: & bona ꝑ malis reddere (si perfecti esse cupimus, sicut & Pater noster, qui in cœlis est, perfectus est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos, & iniustos) oībus omninò mortalibus debeamus. Sed simus saneˈ potiùs mediocriter mali: vt mala pro malis reddamus: q̄ summè mali: vt de nobis dici possit. Qui retribuunt mala pro bonis: detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem: Vel: Retribuebant mihi mala pro bonis: & odium pro dilectiōe mea: Vel, sicut alio loco dicitur. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatē animæ meæ. Quod ergo hominibus non facimus, qui eiusdem naturæ, cuius & nos sumus, existunt: & aut detrimēto nobis nullo fuerūt: aut non magno detrimento fuerunt: & vtiles esse possunt in posterum: id dæmonibus faciemus, qui alterius sunt naturæ: & detrimento semper nobis magno fuerūt, sunt, erūtq;, modò possint: vt, cùm molestissimi nobis quotidiæ sint: ipsi eis uicissim blasphemādo, murmurando, aut minus rectè de Deo cogitando, iucundissimi esse uelimus: & pro omnibus, quibus nos affecerunt, afficiuntq;, si possunt: & si

non possunt: saltem afficere uolunt: malis, hoc (ut ipsi putant) eis bonum reddere: ut socios nos: & culparum habeant, & pœnarũ? Audenter dico: & hoc ita: ut ab nullo omninò homine, qui recte sentiat, reprehendi arbitrer posse, quod dico: q̃q̃ & in Deuteronomii cantico dominus dicat: Mea est ultio: & ego retribuã eis in tempore: Et eum propheta ultionum Deum appellet, dicens: Deus ultionũ dominus, Deus ultionum liberè egit: q̃q̃ in Leuitico dominus per Mosem dicat: Non q̃ras ultionem: & Propheta Dauid in Psalmo octauo: Ex ore infantium & lactentiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos: ut destruas inimicũ & ultorem: q̃q̃ deniq; mala pro malis reddere, qui cupit esse perfectus, non debeat: multò autẽ minùs mala pro bonis: ultionẽ tamen hanc, qua, ut dæmonibus, qui molesti sunt nobis, ipsi uicissim molesti simus: gratias Deo i grauissimis quibusq; morbis habemus, & agimus, nostram esse: & à nobis quæri oportere: neq; propterea destructum à Deo iri, qui sic ultor extiterit: & nõ mala solùm eis talia pro malis esse reddenda: ut q̃ innocentissimos esse nos sentiant: uerũetiam si ex malis, q̃bus nos afficiũt, aut affici delectantur: ipsi uicissim boni quippiã cõsecuti sumus: utpote qui, patiẽter ferẽdo, lõganimitatis meritum, & fortitudinis gloriã adepti fuerimus: pro huiusmodi tamen bono, mala eis, qualia

ſuprà memorauimus, retribuere, malum non eſſe: imò eſſe maximũ bonũ. Hoc modo ultus eſt Iob: cùm nunciis de improuiſo allatis, boues, & aſinas à Sabæis abactas, oues igne conſumptas, camelos ceſſiſſe Chaldæis in prædã: liberos ruinâ domûs oppreſſos, corruens in terram, adorauit: & dixit. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ: & nudus reuertar illùc. Dominus dedit: dominus abſtulit: ſicut domino placuit: ita factum eſt. ſit nomen domini benedictum. Et rurſùs, cùm pcuſſus à Satha na ulcere peſſimo: à planta pedis uſq; ad uerticem, in ſterquilinio ſedẽs, teſta ſaniem radens, vxori, q; in ſimplicitate adhùc ſuâ permaneret, exprobranti rñdit. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu domini: mala quare nõ ſuſtineamus? Hoc modo ultus eſt Dauid: cùm fugiẽti Abſalon, maledictione peſſima Semei filius Gera malediceret: & lapides quoq; in eum iactaret. Nam neq; interfici eum permiſit, Abiſai Saruiæ filio uolente in eum irruere: neq; tã eius, à quo maledicebatur, animũ, q̃ Dei, quo iubente maledicebat: ſententiam cogitauit, dicens. Ecce filius meus, qui egreſſus eſt de utero meo: quærit animã meam: quãtò magis hic filius Gemini maledicet mihi? Dimittite eum, ut maledicat, iuxtà præceptũ domini: ſi fortè reſpiciat dominus afflictionẽ meã: & reddat mihi dominus

bonum pro maledictione hac hodierna. Hoc modo ultus est Tobias: cui cùm fatigato à sepultura,& iuxta parietẽ apertis oculis dormiẽti,ex hirũdinũ nido calida stercora incidissent: cæcoq; facto: cognati,ac noti,postremò etiam ipsa uxor exprobraret: q manifestè uana facta esset spes eius: pro qua eleemosynas faciebat: & suæ gentis homines,quos iratus rex interfici,atq; insepultos dimitti iubebat: relicto interdum prandio sepeliens,omnẽ substantiã amisisset: ipseq; insuper occidi iussus fuisset: nihil in corde,nihil in ore aliud fuit: q̃ uel ad eos, à quibus irridebatur: Nolite ita loqui: quoniã filii sanctorũ sumus: & uitam illã expectamus: quam Deus daturus est iis, qui fidẽ suam nũq̃ mutant ab eo: Vel ad Deum: Iustus es, domine: & omnia iudicia tua uera sunt: & omnes uiæ tuæ misericordia,& ueritas,& iudiciũ. Deniq;, Non est, inquit, cõtristatus contra Deum: q plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore permãsit: agẽs gratias Deo omnibus diebus uitæ suæ. Hoc modo ulti sunt Apostoli: de quibus, cùm iussu pontificũ cæsi dimitterentur: legimus. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii: quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati.

Hoc modo ulcisci possumus etiam nos: immò & debemus: ubi quid, uel à Sathana, uel ab alio, cum quo in nostrã ipse perniciẽ cõspira-

uerit: sustinemus mali: ut possimus nos quoq; dicere. Circundederūt me sicut apes: & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine domini: q̄a vltus sum in eos. Hoc est enim, leoni capto nullum ad se accessum præbere: hoc est, captiuum sine metu seruare: & quoniam interfici nequit: nec tuto pōt dimitti: sic angere, sic torq̄re: vt mortē, neq̄d tale aspiciat, optet. Hoc est, rugientē præ ira ad id tandem redigere: vt præ fame, atq; tristitia rugiat. Hoc est, corpis ægritudinem, quā suatum ille partium facere conabatur: nihil deiectum, nihil cōtabescentē, nihil confectum facere: vt pro se, contra hostem in acie stet: atq; perinde illa vti: ac peritissimus rei militaris dux proditore vteretur: qui vrbē exire non valens, quà facillimè, & absq; vllo negocio intrari possit in eam, hosti de muro mōstrare pollicitus, detectis dolis captus, eisdē signis firmissimam muri partem demonstrare cōpellitur: vt, hostili ad eum locum cōcurrente exercitu, & minùs firma pars vrbis relinquatur illæsa: & subeūtium, ac sibi per firmissimā partem aditum facere contendentium, strages q̄maxima fiat. Nam & morbus, velut proditor quidā, qui, facta semel cum diabolo in perniciem animæ conspiratione, cùm egredi corpus nō possit: viam illi de corpore, vt q̄facillimè ad animam intrare possit, demōstrare promisit: si detectis consiliis in rationis potestatem redactus *

firmiſſimam aiæ partem demonſtrare cogat: ſubeuntem, & aditũ ſibi per eam apire ſperantem, in diſcrimen grande pducet. Detectis aũt conſiliis capitur: cũ ſciẽs (quicũq; ille eſt) ægritudine corporis patientiã ſuam probari, peccata purgari, virtutẽ perfici, dñm prope haberi, eã perinde atq; beneficiũ grande amplectitur: vt inter ipſos cruciatus, nil niſi grãs Deo & agat, & habeat. Iàm verò firmiſſimã animæ partem demonſtrare cõpellitur: cùm aduerſis ſemp caſibus firmior factus, ſecundis aũt, velut minùs firma ciuitatis parte ſæpè deiectus, vti dolorẽ hoſti demonſtret: quaſi per quẽ facilis ad mentem ſit aditus: iubet. Ita fit: vt nec minùs firmã aiæ partem inuadant: & identidẽ ad eam, quæ firmiſſima eſt, ſubeuntiũ aduerſariorũ ſtrages q̃ maxima fiat. Vis aũt videre, minus firmã animæ partem eſſe, quæ ad ſecundas res, veluti ad longam latãq; planiciem, reſpicit? Audi Prophetam qd dicat. Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos: qui fecit magnalia in AEgypto: mirabilia ĩ terra Cham: terribilia ĩ mari Rubro. Vis rurſus videre, firmiſſimam eſſe, quæ ad res aduerſas, veluti ad breuem, anguſtãq; viam, & hanc aſperã, atq; decliuem ſpectat? Audi qd dicat idẽ Propheta. Cùm occideret eos: quærebant eũ: & reuertebantur: & diluculo veniebãt ad eũ: & rememorati ſunt, qa Deus adiutor eſt eorũ: & Deus excelſus redẽptor eorũ eſt. Iuxta

quod & Salomon in ꝓuerbiis, Duo,inquit, rogaui te:ne deneges mihi. Mendicitatē, & diuitias ne dederis mihi:tribue tm̄ victui meo necessaria:ne fortè satiatus illiciar ad negandū:& dicam: Quis est dn̄s?aut egestate cōpulsus furer. Si enim grauius est negare,& dicere: Quis est domin⁹?q̄ præ nimia egestate furari: vt certè grauius est:ꝓfectò & minùs firma est aiæ ps ea,q̄ ad secūdas res ꝓspicit: q̄ quæ ad aduersas.

De virium propriarū nimia cōfidentia: quā morienti antiquus hostis conatur immittere: quid'q; aduersùs hoc Christianus homo facere debeat. Cap.V.

PORRO,cùm ne sic quidem se videt aliqd ꝓfecisse hostis antiquus: nouum cōtinuò pugnæ genus aggressus,se mortuum simulat:si fortè, victore longiùs abeunte, ac nil sibi iam cū eo certaminis fore metuente; ipse e' manibus eius elapsus,coacta vitiorū,hoium'q; terrenis rebus inhabitātiū manu,bellū instaurare denuò possit:nō secùs atq; venator, vbi cū vrso, leone'ue cōgressus, inferiorē se conspicit. sternere nāq; se humi solet: ac spiritū q̄ potest maximè cōtinere:vt,cū generosi cordis,& quæ nocere mortuo nolit,eum bestia hùc atq; illùc sæpiùs vertens,nares'q; ori,naribus,& auribus eius appo

nens, nihil respirare deprehẽderit: mortuũ rata, discedat: ipse'q; sensim erectus, ac subinde, vtrum illa reuertatur respiciens, sese ad suos recipiat: & coacta canum, atq; venatorum manu, eam rursus e sylua eductam, viuam laqueo, aut retibus, vel certe venabulis mortuã capiat. Nã & hic ei dolus, multa persæpe vt ex snia eueniret, effecit. Si enim in eis certaminibus, quæ inter se hoies agunt: nihil hostem timere, grãde sæpe victori periculũ intulit: & ita grãde, vt de victore victũ, de dño interdũ fecerit seruũ: tantò pfectò in iis, quæ cũ dæmonibus homini sunt, grandius affert, q̃tò sunt ois versutiæ, calliditatis, atq; astutię pleniores. Sciunt autem, & ipsos sibi hoies laqueum, quo capiantur, aliqñ tendere: & de arce cadere, quam cõstruxerunt. Si enim successibus crebris erectior, suis q̃s viribus ascribat, q̃ vicerit: & laqueũ quodãmodo tendit, & capitur. Tendit, dũ vincit: capitur, dum suis viribus ascribit, q̃ vicit: &, queadmodum minus sapiens architectus, de arce, quã super fundamentũ, p̃ter q̃d aliud poni non põt: auro, argento, lapidibus p̃tiosis, extruxit: dum hùc atq; illùc incautiùs agens discurrit: fert in præceps. Surrepit enim paulatim, & inuitã reluctantem'q; virtutẽ gloria comitatur ea, quã, ppterea q̃ nihil pleni, nihil solidi habeat, inanem vocamus: vt iterdum ferme tutius sit, nihil boni fecisse. Nam si, queadmodũ ait Pro-

pheta Dauid: Dominus dissipauit ossa eorum, qui hoibus placent: confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos: Si per Hieremiã dominus, Maledictus, inquit, homo, qui cõfidit in hoie: & ponit carnẽ brachiũ suum: & à domino recedit cor eius: Si verum est, quod apl's Iacobus ait: Quicunq; voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituit: Si doctor gentium Paulus, Christi putat seruũ non esse, qui placere hominibus studet, dicens: Si hominibus placerem: Christi seruus nõ essem: pfectò & qui sibi ascribit bonum, qđ fecit, cùm homo sit: & homini placeat: cõfidat in hoie: amicus esse velit seculi huius: placere homini studeat: confundet: maledictus erit: inimicus Dei cõstituetur: Christi seruus nõ erit: quinimò cõfusus iam est, & maledictus, & à Christi seruitute deiectus. Non. n. ait: dissipabit: aut, dissipat: neq; cõfundent: aut, confundunt: sed, dissipauit, atq; cõfusi sunt: qđ præcoquã eius pœnam significat: vt illud interim ptereamus: q; ossa, dixit: nõ cutem, aut carnem, aut neruos: quæ cũ minùs firma, tum verò magis in propatulo sunt. Proinde, cui aduersùs diabolũ fortiter resistendi studiũ est: sic fide, spe, patientia, cæteris'q; virtutibus istructus adueniat: vt alienum esse apparatum hũc sciat, non suum. Nam omne datum optimũ: & omne donũ perfectũ desursum est, descendens à p̃re luminũ: apud quẽ nõ est trãsmutatio, nec

uicissitudinis obumbratio. Et: Nos nõ sumus sufficiẽtes cogitare aliqd ex nobis, tanq̃ ex nobis: sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Et, sicut ad Galathas apostolus scribit: Siqs existiat, se aliquid esse, cũ nihil sit: ipse se seducit: Sic, aut nõ gloriabitur: aut, si gloriari uolet: in dño gloriabitur, dicet'q; cũ ꝓpheta. Tenuisti manu dexteram meã: & in uoluntate tua deduxisti me: & cũ gloria suscepisti me. Nã & si alii deus cuiuis hęc fecisset: restitisset ille quoq; similiter: ac de hoste uictoriã reportasset. Scimus famosam illã Pharisei, atq; publicani parabolã: quoꝝ alter grãs agebat deo: q nõ esset sicut cęteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri: sed ieiunaret in sabbato bis: decimas'q; oĩum daret, q̃ possidebat. Alter uerò à longè stãs, nec oculos audẽs eleuare ad cœlũ, hoc solũ inter crebras pectoris pcussiones: ore, ac corde, dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori: quẽ dñi testimonio descendisse in domũ suã ab illo iustificatũ, audiuimus. Grãde periculũ, inflari: grãde piculũ, intumere: grãde piculũ. inani gloria erigi, Iniustus cõtinuò de iusto est factus, & cuius bona opera multa erãt: una illũ tm̃ cogitatio nõ bona, fecit oĩum reũ. Apostolus i epistola ad Romanos, cũ in hunc articulũ incidisset: post multa uerè ac subtiliter dicta, Nõ uolẽtis inqt, neq; currẽtis, sed miserentis est dei. Et tñ ad Corinthios scribẽs, Ego, ait, sic curro, nõ quasi in

îcertum:sic pugno,nõ quasi aërẽ uerberãs: sed castigo corpus meũ: & in seruitutẽ redigo: ne fortè,cũ aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Propter quę ad Timotheũ scribẽs,Bonũ,inquit,certamẽ certaui: cursum cõsũmaui: fidẽ seruaui:in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ:quã reddet mihi dñs in illa die,iustus iudex: Gratiã(ut ego sentio) i oibus uolens intelligi sibi pro gr̃a reddi: quẽadmodũ apud Ioannem alius Ioannes ille,qui Baptista ẽ appellatus,dixit. De plenitudine eius nos oẽs accepimus: & gratiã pro gr̃a. Quia eni in Euangelio dñs ait:Cũ feceritis oĩa, quæ pręcepta sunt uobis:dicite: quia serui ĩutiles sumus: qđ debuimus facere:fecimus: qui sic currit, ut nõ quasi in ĩcertũ,qñ nihil aliud,q̃ qđ debuit, facit: coronã iustitiæ non suo merito accipit, sed gr̃a dei.Cũ uerò nec sic:ut tñ miserẽtis dei gr̃a currat (Non enĩ uolẽtis,neq; currentis,sed miserentis est dei)gratiam,ꝑfectò pro gr̃a accipit.Quod si ita est:erigi,tumere,inflari,tã stultum est,q̃ qđ stultissimũ.Quẽadmodũ aũt inflari nõ ꝑt,qđ,q̃ ꝑte ĩflat,inane nõ sit:qm̃, ubi unũ ẽ corpus:ibi eẽ nequeat eodẽ tpe aliud:Et sicut quæ inflantur,cũ natura pati uacuũ nolit: si non alio, aëre saltem irrumpente inflantur: Eodem modo cuiuscunq; ob aliquod animus bonum tumet:& uacuus necesse est fuerit ante,ut posset inflari:Et posteà q̃ inflatus est,quia

non mundo est,immundo sit spiritu inflatus, oportet. An non hoc tibi uidetur dicere dñs, ubi ait. Cũ immũdus spiritus exierit ab homine:ambulat p loca arida,quærens requiẽ: & nõ inuenit:Tũc dicit: Reuertar in domũ meã, unde exiui: & ueniens inuenit eã uacantẽ,scõpis mundatã,& ornatã:Tunc uadit, & assumit septẽ alios spiritus secum nequiores se:& intrãtes habitant ibi: & fiunt nouissima hoĩs illius, peiora prioribus? Quanq̃ enĩ de populo Iudęorum,atq; Gentili scripta sit ista parabola: ac de uno,eodẽq; hoĩe, a quo expulsus p baptisma ĩmundus spũs, illum rursùs ĩuadit: rectè posset intelligi:existimo,ꝙ & ad ea,quæ diximus,nõ insulsè accõmodetur: si a quo hõmine semel per fidẽ spiritus ĩmũdus exiuit: et p cuius spẽ, ueluti per locũ aridum ambulans,in ea requiẽ inuenire non põt:in eum hoĩem uacantẽ,& patientiæ scopa mundatum,ac inanis gloriæ tumore ornatũ,ipse cũ septẽ aliis spiritibus neqoribus ĩtelligatur ingressus. Vacat aũt, quisquis inani gloria tumẽs,nihil intra se,nisi spũm cõtinet. Vacat,qui more ingẽtis ædificii (q̃uis uẽto sit plenus)uacuus eẽ uidetur. Vacat,cui quo pacto saluetur,q̃to'q; sit ĩ piculo,cogitatio nec minima inest. Vacat,quẽ bonis opibus uacuũ, ut inanis nõ sit, supbia implet. Ideo'q; cũ septẽ aliis spiritibus nequioribus in eũ spiritus immundus ingreditur. Ideo'q; fiũt nouissima ho-

minis illius peiora prioribus. Ideo'q; pro uno spũ nequá octo, & in his septẽ illo neqores, inhabitát. Quáobrẽ ille mea quidẽ snia rectè fidẽ seruauit: spẽ tenuit: patiẽtiá custodiuit: qui ĩ eo, q fortiter cõtra spũs imũdos qd fecit, nõ suas uires, sed dei grám miserẽtis agnoscit. Qui cũ propheta scit dicere. Nec eni in gladio suo possederũt terrá: & brachiũ eorũ nõ saluauit eos: sed dextera tua, & brachiũ tuũ, & illuminatio uultus tui: qm̃ cõplacuisti in eis. Et rursus. Nõ eni in arcu meo sperabo: & gladius meus nõ saluabit me. Saluasti eni nos de affligentibus nos: & odientes nos confudisti. In deo laudabimur tota die: & in noie tuo cõfitebimur in seculũ. Ille,q cũ apostolo Paulo, si gloriatur, in dño gloriatur. Et cũ eodẽ Propheta, Non nobis, inquit, dñe: non nobis, sed nomini tuo da gloriá. Nõ enĩ qui se ipsum cõmendat, ille probatus est: sed quẽ Deus cõmẽdat. Cõmendat aũt (puto) humilẽ: cõmendat quietũ: cõmẽdat trementẽ sermones suos: cõmendat eũ, qui arrogantiá fugit: uitat supbiá: inanem gloriá nescit: eum, qui diuina munera non sibi asscribit, sed Deo: & uictoriæ utilitate contentus, totá illi gloriá sinit: eum, qui gratitudine animi diuiná erga se beneficentiá prouocat: &, cũ nihil habeat, qđ nõ acceperit: non quasi nõ accepit, gloriatur: eum, qui, cũ se stare existimat, uidet ne cadat: &, qđ stare potuerit,

non suum robur,sed beneficiũ fuisse diuinum intelligit.Id uerò in primis ante oculos quisq́s ille est,habeat:id mẽte reuoluat:Hunc,quẽ pinde acsi mortuus foret,conquiescere, nihil'q; respirare deprehẽdit,respirare aũt dico,dolos nectere,nim facere,terrorẽ inferre: Hoc eni pacto respirat ille,de quo ad beatũ Iob loquitur dñs: Gloria nariũ eius terror:Hunc inq̃,quẽ cõquiescere,ac nihil respirare deprehẽdit: mortuũ nõ esse,sed nec ægrotare quidẽ: simulare aũt oĩa, ut de manibus uictoris elapsus, bellum rursùs instauret:Proinde 'q; non illũ dimittat:nõ longiùs abeat,nõ(quasi nihil ultrà,periculi sit) securũ se iudicet: sed quẽadmodũ ii solẽt, q̃bus ante oculos ĩmane præcipitiũ ẽ,intẽtus ad suũ periculũ sit:ne forte,dum hùc atq; illùc circũspectat:dum aliud,q̃ q̃d tũc maxiẽ debet, agit, aut cogitat:dũ securum se putat,vbi securitatis est nihil:cadat in abyssi profundũ:in os leonis tartarei:in obscurũ baratrũ:in præcipitiũ ĩfinitum:& sit casus eius insanabilis in morte. Cadit eni quisquis se stare existimat:Cadit, qui se se apud se erigit:Cadit,qui offendicula,q̃ ante oculos habet,non aspicit:Cadit,cuius affectus tanq̃ pes quidã in directo non stat:Cadit,qui dicere deo nõ põt:Dilatasti gressus meos subtus me:& nõ sunt infirmata uestigia mea. Ille stat,cui(sicut in cantico canticorũ legimus)crura sunt tanq̃ columnæ marmoreæ,fundatæ su-

per bases aureas: Qui potest dicere: Persequar inimicos meos: & cõprehendã illos: & non cõuertar, donec deficiant. Cõfringã illos: nec poterunt stare: cadẽt subtus pedes meos: Qui pręcinctũ se uirtute ad bellũ, & supplãtatos à deo fuisse insurgẽtes in se, subtus se, prædicat: Qui deo cum quadam animi gratitudine dicit: Inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odiẽtes me disperdidisti. Qui aũt stat: neq; elabi de suis manibus diabolũ sinet, ut bellũ rursus instauret: Neq; sibimetipsi laqueũ ullum, quo capiatur, tendet: Neq; de arce uirtutũ, quam uelut sapiẽs architectus extruxit, feretur in pceps: Neq; se simulationibus aut dissimulationibus ullis antiqui hostis circũuentũ dolebit. Sed queadmodũ in Euangelio dñs ait: Quia filii huius seculi prudẽtiores filiis lucis in generatione sua sunt: Eodẽ modo ipse tenebrarũ filiis fuisse prudentior iudicabitur. Libet mihi hoc loco principis apostolorũ uariã spectare fortunã. Eũ enĩ filiũ lucis fuisse, imò ẽt lucẽ, ãbigit nemo: Cũ & apostolus Ephesiis, q Petro nullo genere poterãt comparari: dicat: Eratis aliqñ tenebrę: nũc aũt lux i dño: ut filii lucis ambulate: Et ipsum dñs inter illos hr̃e pricipatũ uoluerit: de q̃bus, imò uero ẽt ad quos dixit. Vos estis lux mũdi. Hunc igitur filiũ lucis, lucem'q; in dño contemplari libet: q̃ uaria fortuna sit usus: Vt, q̃a tutius ẽ, sũptibus discere alienis, q̃ suis alios

docere: ex eius varia mente, variisq́ue euentis di-scant, qui hæc lecturi sunt: non extolli, non intumescere, non erigi, nō inflari, nō in seipsis cōfidere, nō inani gloria eleuari. Ingressus est aliquando in eius nauim dñs: &, cùm per totam noctem laborātes, nihil cepissent: ducere in altum, & laxare in capturam retia iussit. cùm autem conclusissent pisciū multitudinem copiosam: & ab sociis, qui erant in alia naui, adiuti, ambas, ita vt penè mergerent, nauiculas impleuissent: stupore circūdatus Petrus, procidit ad genua eius, dicens. Exi à me, domine: quia homo peccator sum. Senserat enim (puto) aliquid tale, quale Centurio ille, cuius puer infirmabatur: qui & ipse, Domine, iquit, nō sum dignus, vt itres sub tectum meum: Tale, quale Ioseph: qui, cùm anteq̄ conuenirent, inuenta esset Maria in vtero habens de spiritu sancto: eā voluit occultè dimittere. neq; enī existimabat, dignū se esse: qui cū tali tantaq́ue virgine vno in domicilio versaretur. Tale aliquid senserat, quale vidua illa Sareptana, quæ ad Heliam dixit. Quid mihi & tibi, vir dei? ingressus es ad me, vt rememorarētur iniquitates meæ: neq; enim est vlla participatio iustitiæ cū iniquitate: aut societas luci ad tenebras. Et ii (vt qui præ nimia humilitate neq; iustos esse, neq; lucem se crederent) nullam se cum iis, quos antè memoraui, societatem habere posse arbitrabantur. Quid igitur

Petro,

Petro, cùm sese peccatorem sentiret, & diceret: quid(oro) contigit? nempè vt audiret: Noli timere: ex hoc iam hoies eris capiēs. Bonum responsum: vt de piscatore piscator fieret hominum. Responsum bonum: quo & metus aufertur: & promittitur spes. Respōsum bonum: quo factum est: vt Deum hominē sequeretur: qui artificio vili intentus, ne cum hoībus quidem consuetudinis multum haberet. Cùm autem idem hic supra mare ambulantē Iesum vidisset: ac turbatis omnibus, qui erāt in naui, & præ timore clamātibus, (existimabant quippe fantasma esse) dicente dño, Habete fiduciam: ego sum: nolite timere: arrogantiùs aggressus periculum facere, dixisset: Domine, si tu es: iube, me venire sup aquas: Dominus'q; iussisset: descendens de nauicula, super aquas ambulauit: vidēs ventum validum, timuit: mergi cœpit: clamauit ad dominū, dicens: Domine, saluum me fac: & apprehensus manu, nil, nisi modicę fidei fuisse se, audiuit. Vt quātò grauius est increpari, q̄ hominum capiendorū facultatem etiam non petitam accipere: tantò esse humilitate peiorem arrogātiam sciret. Iàm verò, cùm discipulos doceret: oportere se pati multa, & reprobari a' senioribus, & summis sacerdotibus, & scribis, & occidi: eū'q; apprehendens Petrus icrepare cœpisset: cōminatus est ei: ac dixit, Vade retrò me, Sathana: quoniam non sapis quæ

Dei ſunt: ſed quæ ſunt hominum. Vide & hic q̃tùm nocuerit ſiue arrogantia, ſiue rerum, quę ſunt hominum, ſapientia: cõminationem pro increpatione refert: retrò ire iubetur: qui cæteris fuerat antepoſitus: & Sathanas appellat, qui dominum amabat carnaliter. Porrò cùm diſcipulos cõmoneret: omnes in nocte illa ſcandalizatum iri: quia ſcriptum eſſet: Percutiam paſtorem: & diſpergentur oues gregis: & Petrus, audentiùs quidem, ſed non ſine quadam ſuarũ viriũ confidentia, diceret: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint: ſed non ego: tũc quidem audiuit, Amẽ dico tibi: q̃a tu hodie, in nocte hac, priùs q̃ gallus vocẽ bis dederit; ter me es negaturus. Poſteà verò, q̃a ampliùs loquebat: & dicebat: Et ſi oportuerit me ſimul cõmori tibi: nõ te negabo: ſibimetipſi relictus, & negauit: & periurium fecit: cũ iuramento quippe negauit: & deteſtari, iurare, atq; anathematizare non timuit: vt diſcere poſſemus: non aliter caſuros eſſe ſingulos quoſq; noſtrũ, qui ſuis, quippiam eorũ, quæ rectè agerent, viribus aſcripſiſſent. Deniq; ſuo periculo, ĩmò verò ſuis periculis, iam cautior factus, cùm a dño poſt reſurrectionem interrogaretur: & diceret: Simon Ioãnis, diligis me plùs his? nunq̃ auſus eſt, vel ſe in ea re cæteris anteponere, vel ſic affirmare: q amaret: vt non in hoc quoq; ſcientiæ domini, plusq̃ ſuæ tribueret. Nihil quippe aliud reſpõdit: q̃ etiam

domine,tu scis,quia amo te: Etiam,domine,tu scis,quia amo te:&,Domine,tu omnia nosti:tu scis,quia amo te. Contristatus est etenim: quia dixit ei tertiò: Amas me? Veritus fortasse tale aliquid audire, quale anteq̃ dominus pateref, audierat. Propterea & apostolus Paulus in prima ad Corinthios epistola, cũ dixisset: Abundantiùs illis omnibus laboraui:statim illud, velut perperam dictũ, correxit: & subdidit: Non ego autem:sed gratia Dei mecũ: vt scirent oẽs quod & ipse alio loco scripserat: & nos supiùs exposuimus:Fidem seruasse,cursum cõsũmasse,boni deniq; aliqd egisse;nõ volẽtis esse,neq; currẽtis,sed miserẽtis Dei. Quãobrẽ abigẽda nobis est omnis arrogantia:seruanda humilitas:expellenda huius mundi sapientia: de qua scriptum est: Nõne stultam fecit dominus sapientiam huius mũdi? quærenda sapiẽtia Dei: quam loqui se scribit Apostolus inter perfectos: fugiendus amor carnalis, qui cum carne deficit: sequendus amor spiritualis :de quo scribit idem Apostolus: Charitas nũquam excidit: deponenda ea, quam in nobis metipsis habemus, confidentia: suscipienda quæ in solo est Deo fiducia: vt possit vnusquisq; vestrum dicere: In domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: transmigra in montem sicut passer? Bonum est enim confidere in domino:q̃ confidere in homine:Et non verba

solùm, sed illæ, multò magis, ex quibus verba oriuntur, cogitationes, sic librandæ, sic regendæ, sic moderandæ: vt etiam si, secũdùm ꝙ ait Iob: Non reprehendat me cor meum: etiam si (vt inquit Apostolus) Nihil mihi sim cõscius: etiam si (quẽadmodum dominus dicit) omnia fecero: dicam tamẽ cum eodem Iob: Verè scio, ꝙ non iustificetur homo compositus Deo: Et cum eodem Apostolo: Sed non in hoc iustificatus sum: Et (sicut me dicere docuit dominus meus Iesus) Seruus inutilis sum: qđ debui facere, feci. Hoc est, eum, qui se mortuũ simulabat: pedibus, vt ne possit erigi, conculcare: hoc est, longiùs non abire, & sibi non tendere laqueũ, neq; semetipsum seducere: Hoc est, de arce nõ cadere: & fidei, spei, patientiæ, cæterarum'q; virtutum præmium æternum non perdere.

De temporalium rerum cura superflua: quam morienti antiquus hostis conatur ĩmittere: quid'q; aduersùs hoc Christianus homo facere debeat. Cap. VI.

SVPEREST nunc iã, vt aliud impugnationis genus dicatur: quo, velut vltimo, & post quod, nil sibi scit esse vltrà quod faciat, subsidio vtit. est enim vehemens, & cui vix etiam fortes resistere valeant. Nam, vt sunt ingenia hominum

alienis vtplurimũ rebus magis intenta, q̃ suis: fieri solet iterdũ, vt qui ob suum incõmodum loco motus non est: ob alienum moueatur: & ita moueat: vt redire ad sese vix possit. Et quẽadmodum ii, quos rei familiaris p̃mit inopia: cùm iter cœnosum petrosum'ue facturi sunt: si bonos fortassis calceos habeant: eos manibus gerũt: nudis'q; per illud pedibus eunt, maiorẽ (vt ego arbitror) calceorũ q̃ pedum iacturam putantes: eodem modo ii, quos rerũ omnium abundantia inopes fecit: (crescit enim cum diuitiis habendi amor: & quia oĩs cupido acquirendi ex opinione inopiæ fit: nihil interest, vt possint inopes dici, parum habeant, an parum habere se putent) cùm via, qua migrandum eis est ad aliam vitã, inuadunt: fortunæ bona, quibus, velut calceis quibusdã, animæ pedes, hoc est, affectus, tutari debuerãt: seruare integra cupientes, aut nullam, aut minimã aiæ suę curam gerunt. Quuam rem, arrepto tẽpore, hostis antiquus, qñ per se ipse nil potest: per alios conat efficere: efficere autem rationibus inter se quidem ipsis contrariis: sed ad eundem finem ducentibus, quæ ab rerum temporaliũ occupationibus oriũtur. Summittit enim vxorem, summittit liberos: summittit quicquid illi charissimum censet: vt eorum p̃sentia, lachrymis, vlulatibus, maximè autem verbis, amplexibus'q; dulcissimis stringatur: cõmoueatur: perturbet:

de'q; illorum dolore magis,q̃ de suo periculo solicitus,aut migrare ad dominum nolit, ne illos deserat:aut ne hoc quidẽ,quod iam iam'q; migraturus est,cogitet.quorum alterum,hominem(quicunq; ille est)Iesu domini mei cõsortio facit indignum:sicut ipse ait: Siquis amat patrem,aut matrem plusq̃ me: non est me dignus: Et siquis amat filiũ,aut filiã super me: non est me dignus: Alterum uerò,qđ ex superiore tñ dependet:miserũ.Nam si beati sunt serui illi,quos,cùm uenerit dñs,inuenerit uigilantes:si dñs meus dicit: Estote ergo parati: quia qua hora non putatis filius hominis ueniet: Quid nisi miseri erunt,quos & imparatos & dormientes offenderit? Sed & aliud ab his, malum proficiscitur.Nolunt enim ęgrotantẽ, & ad supremũ usq; uitæ deductum, a quopiã sui discriminis cõmoneri:existimantes(quando hęc hominum natura est:ut inuiti moriantur)cõmonitionem huiusmodi morbo incrementa laturã.tandẽ,quia sicut scriptum est: Timor mortis expellit peccatũ:rursus'q;: Memorare nouissima tua,& in ęternũ non peccabis: Hęc malè secura securitas:ac nouissimorũ affectata obliuio,peccatum & uetus nutrit,& parturit nouũ:si non alio modo:certè quia cõcesso ad deprecanda culparum supplicia spatio aliis in rebus abutitur:ut cum suo tandem malo discat,& sentiat id,qđ in Euangelio domi-

nus ait: Inimici hominis domestici eius: uerũ esse, ac nimis uerum. Gens enim (sicut in Deuteronomio legimus) absq; cõsilio est: & sine prudentia. Vtinam saperent, & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent. Adde uerò: q; & uitam hanc corporis, cuius gratia tàm multis modis & deum offendunt, & proximos: dum seruare quidem appetunt: sed quo seruanda sit pacto, ignorant: eis ut plurimùm auferunt: mulieres præcipuè: quarũ fere officium est, ęgros nouis semper cibis ingurgitare: cùm abstinentia illis fortasse sit opus. Quia enim sanos atq; incolumes, si uiribus destituantur: cibo, potu'q; refocillari, & resumere spiritum sciunt: eadem cum infirmis atq; ęgrotantibus ratione, ut pristinas uires recipiant, agẽdũ putant: Et qm̃, quò plus alimenti receperint, hoc illi habent uirium minus: tantisper ingerere, atq; ingurgitare non cessant: dum miserum cibus, potus'ue strangulet, aut suffocet. Quid uerò, quòd de uiuentis hæreditate tractatur? Et quemadmodum, cùm dominus dixisset: Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa: facta est contentio inter discipulos: quis eorum uideretur esse maior: Eodem modo tunc inter consanguineos, affines, amicos, seruos, etiam & ancillas, contentio fit: quid quis habere, aut non habere debeat. Et, dum unus quidem scriptum, & iam promulgatum mutari flagitat

testamentum: alius mutari non oportere contendit: hic q sibi minus q̃ mereatur, legatũ sit, queritur: ille, q non acceperit oĩa, dolet: quidã, non quid acceperint, sed quid accepisse potuerint, cogitantes, iniuriæ loco ducant, plus accipere potuisse: nõnulli vt pueri, & si qui iter eos non sanæ mentis existunt: taceãt quidem: sed ita, vt pro eis taciturnitas ipsa magis loquatur: fore maioribus, & iis, qui sana sunt mente, contemptui: fortassis etiã prædæ: dum hæc, inquã, & alia huiuscemodi importunissimè faciunt: contẽtionibus, flagitationibus, & querelis suis ægram, iã iamq́ꝫ morituri patrisfamilias mentem vexant, cõturbant, diuellunt, occupant, distrahunt: vt tandem, cũ omnibus benefecerit: nullus contrà inter eos inueniatur, qui ei faciat benè: imò verò cui etiam tardè mori nõ videatur. Quòd si iurgia quoqꝫ, & pugna inter eos fiant: si sese in oculis eius vulnerẽt, aut perimãtur? Hoc enim persæpè accidit. Quid si liberoꝝ alium quidẽ ante se occisum: aliũ verò à præsidis apparitoribus ob cõmissum paricidium duci videat occidẽdũ? Qualis eum mœror inuadat, quæ tristitia, quãtus dolor, facilè cuiuis coniecturã facere licet. Atqui in eiusmodi calamitate versãt: ei de semetipso cogitare quomodo vacat? Sed neqꝫ nobis, q carnales filios non habemus: & diuino cultui dedicati, de ecclesiarum cẽsibus viuimus: tuta ab hoc incur-

ſantium fluctuũ impetu ſtatio eſt: cũ ii, quos & optimos, & noſtrarũ rerum ſtudioſiſſimos putabamus: neceſſarii, atq; domeſtici noſtri, quales erga nos fuerint, tunc ſe tandẽ oſtendant. Solent etenim (atq; vtinã non omnes, aut ſemper ſolerent) vbi primũ ſublatã eſſe nobis animaduerterint vitæ ſpem: omnes ad rapinas cõuerti: ac pro ſe quiſq; domeſticis furtis incũbere. Et dum hoc, illud'ue (vt quicq; optimum ad manus venerit) rapiũt: dum amicis, quos ad eã rem ſibi antè parauerant, abſcondendũ cõmittunt: aut, ſi efferendi locus non eſt, ipſi abſcondunt: dum, eſſe plurimos eiuſdẽ criminis reos appetunt: vt, qñ fieri ſine arbitris ea res nequit: quod de ſe metuũt, de aliis nõ loquantur: morientibus tunc, cùm maximè opus eſſet: nemo adeſt: nemo aſſiſtit: nemo auxiliũ prębet: aut, ſi quis eſt: coquus eſt: ſtabularius eſt: alius hmõi eſt, pannoſus, & ſordidus: qui ante id tp̃s intra cubiculũ nullo genere admiſſus fuiſſet. Porrò, cùm aquã, potionẽ vt hic, qualis qualis, debet porrigere: (mirãda res: imò potiùs miſeranda) totam licet domũ euertat: paterã non inuenit, aut cyathũ, in quo porrigat: tãta eſt improbiſſimorũ furũ rapacitas. Quid tu aũt putas infirmo: (ſiqs in eo adhuc, quo talia cernat, ſenſus relinquitur) quid putas animi eſt? quid intra ſe dicit? quid cogitat? quid factu⁹ eſſet, ſi poſſet? O diuitiæ conſeruatæ in malũ domini noſtri!

peritis iam nũc in afflictione pessima. O amici secundũ tẽpus, qui nõ permanetis in die tribulationis: Amici mensę: Amici fortunę: Amici bonorũ nostrorũ, nõ nostri! Deseritur a' uobis nunc, qui propter uos antè semetipsũ deseruit. Derelinquitur solus: cum quo die noctu'q; uersari, felicissimũ ducebatis. Destituitur auxilio, qui vnicuiq; uestrũ sæpè auxilio fuit: Filios (ut puto) diceret, enutriui, & exaltaui: ipsi autẽ spreuerunt me. Diceret ẽt, simul cũ Iob. Dereliquerunt me propinqui mei: & q me nouerát, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ, sicut alienũ habuerunt me: & quasi peregrinus fui in oculis eorũ. seruum meum uocaui: & non respondit: ore proprio deprecabar illum. Est uerò & aliud longè grauius, longe'q; impietatis maioris, qd a' consanguineis, & affinibus perpetratur, sacrilegii genus: q, præter eá, quæ toto pontificatus tempore a' nobis cõsecuti sunt bona, prętér filiarũ, aut sororũ, quæ de bonis ecclesię maritis locatæ sũt, dotes, prętér liberorũ, quos uti liberalibus studiis dare operam possent, in gymnasio literario sustentauimus, sumptum, præter domos ædificatas, debita dissoluta, fundos emptos, cõmissa magnorũ censuũ sacerdotia, quasi suũ, non ecclesiæ patrimonium illud sit: quicquid in totis ędibus prętiosissimũ fuerit, rapere, & asportare non metuũt. Et quia impleri quidem domus potest: cupiditas autem

tiari non poteſt: cùm optima quæq; abſtulerint: & quæ minùs bona ſunt, auferunt. Poſtremò ẽt uilia, uſq; ad annulum, uſq; ad conopęũ, uſq; ad eũ ipſum, in quo morimur, lectum: ut ſuper palea moriatur tandẽ qui, dum inter delitias uiueret: moriturus eſſe in delitiis putabatur. quæ ſi iacentem, & ad extremũ uitę punctũ deductum, cùm maximè & cõſolationis indiget, & officiorũ: non mouent: Iob, atq; Tobiæ patientiam habeat, neceſſe eſt. Sed & ii, quorum uiuentium ſacerdotia diſtribuuntur: ſucceſſor'q;, inimicus fortaſſis, aut quem minimè uellent, conſtituitur. ſuper omnia uerò ii, quorum à principe miſſis apparitoribus, obſidentur ędes, ut intrandi, exeundi'u e liberè, facultatem habeat nemo: quorum'q;, etiam dum uiuunt, accerſito tabellione, ac teſtibus, deſtribuuntur bona: ut ne ſuorum cuiquam aut mercedem ſoluere, aut muneris aliquid præbere poſſint: cum ingenti diſcrimine moriuntur. Fluctuant enim, puto, & ob indignationem rei mœrore iraq; agitati: & nunc in deſperationem, nunc uerò in ulciſcendi cupiditatem pelluntur: ut rari ſint, qui non, (etiam ſi ore ſuo benedicunt,) corde maledicant. Atqui hoc noſtri potiſſimùm ordinis hominibus accidit: ubi paulò locupletiores intra ſecularis, aut eccleſiaſtici principis, qui iure iniuriáue illorũ ad ſe bona pertinere affirmet:

ditionem decedunt. Hæc uel uniuersa, uel plurima, uel certè, si aliter nequeat, singula, uelut instrumenta quædã, & machinas bellicas, aduersũ nos istruit hostis antiquus: magno'q; impetu, tanq̃ urbem quaquauorsum munitã, p eos oppugnat, qui terrenis semper curis immersi auaritiã colunt: & Mãmonæ, sicut imperatori suo milites, parent. Cótra q̃, quid christianus miles, immò uerò & imperator, & uictor, agere debeat, uideamus. Neq; enim ei (modò sibi ipse non desit) aliud de uictoria sperãdum est, q̃ tunc fuit, cũ aduersùm ipsos dęmones gereret bellũ: quando & hostes minùs potentes offenderit: & pteritorũ præliorũ memoria fiduciã afferre soleat ampliorem: & cõsumptis iam hostium uiribus, hunc ueluti tumultuarium, & ex omni hominũ colluuione factũ, exercitum solũ eis superesse intelligat: quo fuso, fugato'q;, aut cæso, pacem sibi, & coronam repositam esse non dubitat: quéadmodum nõ dubitabat Apostolus, cùm diceret. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: quá reddet mihi dñs in illa die iustus iudex: Non solũ aũt mihi: sed & iis, qui diligũt aduentũ eius. Non coronabitur aũt: nisi qui legitimè certauerit. At uerò, legitimè certare, nihil aliud est, q̃ in bono, quod semel est cœptum, perseuerare. Qui enim perseuerauerit usq; in finem: hic saluus erit. Principio igitur uxoré, liberos, &

quicquid cuiq; chariſſimum eſt,atq; adeò etiā ſemetipſum,ſic amare unuſquiſq; debet, ſic diligere:ut propter deum amet,ac diligat:deum uerò propter eum ipſum colat.Hoc ab ipſa , ſi fieri poteſt,infantia,unicuiq; perſuaſum cupierim:ſin minùs:certè uel cùm uir eſt : certè uel cùm ſenex:certè uel cùm decrepitus: certè uel cùm moritur. Deinde ſciet:nullum malū homini non inſano plus obeſſe,ſi præuideatur,q̃ ſi de improuiſo irruens occupet:ac mortē,quę certo die,hora,momento,unicuiq; futura eſt: neq; celeriùs affuturam,ſi tempus eius ſciatur: neq;,ſi non ſciatur,tardiùs. Tertio loco, nō dubitabit:medicos,quæ ad medicinam pertinēt, probè noſſe:alios,etiam ſi ſemel,aut bis,quod ægrotanti ſit utile,fecerint:planè errare:nec ullum eſſe periculi maioris errorem,q̃ ubi de hominis uita tractatur. Ad hæc ītelliget: teſtamētum nulli mortem afferre: & clauſum, (ubi ſic neceſſe eſt)tantiſper ſeruari poſſe:dum uiuit teſtator :īterea'q;,ſi noui aliquid ītercesserit, ſemper poſſe mutari . Poſtremò : q̧ auaritia in omnibus grande malū:in clericis aūt ēt horrendum ſit monſtrum : ſi de eccleſiarum cenſibus uiuit : uiuere diues , mori pauper quæret. Hæc qui ſibi uiuens,& ſanus contra huiuſmodi malum præſidia comparauerit:eum ego dicere auſim,non uictorem modò in iſto bello futurum:ſed tam paruo labore uictorē, ut uix

bellũ gessisse se sentiat. Nã neq; ullius magis rei desiderio cõmouebitur,q̃ eius, propter quẽ rem illã amabat:& siquid in ea, pręterq̃ nolebat, eueniet:quando absq; iussu,aut certè pmissu dei nõ euenit,gratias ei aget:qui hoc fortassis modo suum aliquod facinus punit: & mortem,ut cũ eo esse possit, quẽ super oĩa diligit: ingentis doni loco ducet : quemadmodũ ille ducebat,qui aiebat. Dissolui,& esse cũ Christo, multò magis melius est: Et cæterorum quidẽ opera sic utitur:ut quos ministros esse sciat,nõ medicos. Medicorũ aũt:ut quos propter necessitatem ab altissimo creatos itelligit:neq; plus tñ eis tribuet,q̃ deo:qui lãguores aufert solus. Nunquid eni(ait Propheta) mortuis facies mirabilia?aut medici suscitabunt: & confitebuntur tibi?Et testamentum sic faciet:ut neq; creditorẽ post se ullum relinquat:neq; siquid ecclesiæ aut pauperibus legare constituit:plus hæredi credat,q̃ sibi. Et liberis , ac cęteris,quorũ de suo iudicio res,fortunas'q; pendere intelligit: sic consulet,ut pater:sic in consulendo perturbatione carebit,ut alienus:atq; auaritiã quidẽ tanq̃ idolorũ seruitutẽ execrabitur. Si uerò ecclesiastici ordinis est: sic in suis , familiæ'q; ac pauperũ cõmodis,censum ecclesiæ annuũ dispensabit:ut, seu necessarii , seu consanguinei, siue principes,ex eo auferre aliquid uolent:nõ sit quid auferant: qñ in cœlestes thesauros iã

pridem per manus pauperum delata sint, quæ supererant omnia. Vel si superest adhuc, qđ auferre quispiā possit: id plane nec suū esse putabit. Qui uerò non hęc sibi uiuēs & sanus remedia cōparauerit: difficilius quidē gesturus est bellum: non tñ de quo sperare uictoriam nequeat: si perturbatōe animi reiecta, rōnem admittat: ea'q; dum uiuit, utatur. Nam uxorē nō ideò duxit: ut propter eam deum relinqueret: sicut ille, per quē de paradisi deliciis eiecta est oīs posteritas: sed ut Christi, & ecclesiæ cōiunctionē illam referret: de qua scribens Ephesiis Apostolus, dicit: Sacramentū hoc magnū est: ego autē dico in Christo, & in ecclesia: uel ut incontinētiæ, ac fragilitatis haberet remediū. Ita enī ait idem Apostolus. Propter fornicationem aūt, unusq'sq; suā uxorem habeat: & unaquęq; suum uirum habeat. Quòd si Christi, & ecclesiæ cōiunctionē prę se ferre uult illā: quæ amentia est, diuidi ob uxorem à Christo: cùm ideò duxerit eam: ut coniunctionis, de qua supradictum est, uel solam referret imaginem: An nō desipere putaretur, qui sororē, filiam'ue regis duxisset uxorem: si propter eam à rege seperari uellet: cùm hac solum duxisset de causa: ut ei q̃ coniunctissimus foret? Equidem arbitror, ob hanc potissimum rem, Aman Amadathi filium, de quo in libro Hester: insipientiæ pariter & improbitatis suæ pœnas dedisse:

ꝙ,ab omnibus honorari cùm vellet: honoris gratia,quo se à Mardochæo affici cupiebat: ab ipso quoq; rege separatus est. Nam cùm indutum vestib⁹ regiis Mardochęũ, superq́; equũ, qui de sella regis erat,impositũ,ac regio diademate coronatum,per platæã ciuitatis(vt ab rege fuerat iussum) circunduxisset: festinauit, inquit,ire in domum suã lugens, & operto capite. Lugebat autẽ,non suo se honore priuatum; vtpote quem hoc ipso negocio, primum de regiis principibus,ac tyrãnis rex esse ostenderat; sed honoratum alium,quem pręcipuè minimè cuperet: & ob honorem à rege separari volebat,cui honoris gratia cõiunctissimus esse studuerat:propterea'q; diuino iudicio,in illo ipso suspensus patibulo, quod Mardochæo parauerat: & honorem simul & vitã amisit. Sin ideò duxit vxorem: vt incontinentiæ ac fragilitatis haberet remedium:gaudeat necesse est,tunc se demùm medicamento priuari:cũ ab eo quoq; morbi genere liberatus iam sit,cui vxor remedium fuerat. Si enim incontinentia infirmitas est: & huic infirmitati, cũ alia multa, tum vxor in primis medicamentum existit: qui hoc genus infirmitatis passurus vltrà nõ fuerit: medicamentum,quod ei soli conuenit: tanq̃ superfluũ abiicere debet, nedum appetere. Hoc genus autem infirmitatem passurus vltrà nõ est: qui cum carne perturbatiões quoq; carnis oẽs

deponit:

deponit: imò verò depofuit. Si quidem multò prius vnúquēq; libido dimittit, q̃ vita. Porrò fi confuetudinis mutuæ, fi eorum, quę fibi aliquando dulcia fuerant, memoria ftimulat: (q̃q̃ quis eft, qui in morte hæc cogitet?) dulciora fe habiturum ne dubitet: mutuam'q; confuetudinem illam non auferri, fed differri meminerit: ac non multò pôft cumulatiorem, diuturniorem'q; reftitutum iri confidat. Non enim tam decedere putandus eft, q̃fquis emoritur, q̃ præcedere: Atq; adeò, fi vitę ratio habeat, interuallo non grandi: ne minimo dicam. Quomodo ergo his, honoris lucri'ue caufa, in longinquã regionẽ iturus: æquo animo caruiffet: aut caruit forfitan: eodẽ modo tantifper carere conftituat, dum eam quoq; ad fe vocauerit Deus. Alioquin & his nihilominùs carebit: & fempiternum pręterea fuftinebit interitũ. Qui enim Vxorem diligit fuper Chriftum: Chrifto (haud dubium) dignus non eft. At verò cùm de liberis cogitatio incidit: illud oportet meminerit: non effe de ipfis minorem Deo curam, q̃ fibi. Quandoquidem ne pafferum quidem, aut capillorum alicuius noftrum, obliuifcatur: ficut fcriptum eft. Non'ne q̃nq; pafferes veneunt dipondio: & vnus ex illis nõ eft in obliuione coram Deo? & rurfùm, Veftri autem & capilli capitis omnes numerati funt. Pufillum quippe, & magnũ ipfe fecit: & æqualiter eft illi cura

de omnibus. Quòd si non minor de ipsis est Deo cura, q̃ sibi: & ei Deo, de quo scriptum est per Prophetam: Magnus dominus noster: & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus: dimittat eos sane securus: quibus nihil ad benè, beateq́; viuẽdum, defuturum sit: cùm, (& quia sapientiæ eius non est numerus,) sciat: &, (quia magna sit virtus eius,) possit: &, quia summè diligat, velit: quæ illis profutura sunt, facere: sicut scriptum est in eo libro, qui sapientię dicitur. Diligis omnia, quę sunt: & nihil eorum odisti, quæ fecisti. & paulòpòst. Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt, domine: qui amas animas. Et quidem si boni sunt: si recto sunt corde: si metuunt Deum: benè de illis speret: dicente Propheta: q̃ bonus Israel Deus, iis, qui recto sunt corde: Ac rursùs Tobia pr̃e: Fili mi, pauperem quidem vitam gerimus: sed habebimus multa bõa, si timuerimus Deum. Sin contrà mali sunt: si prauo corde: si Deum non timent: aut cõuerti ad dominum posse nõ diffidat: quos (sicut inquit Apostolus) benignitas Dei ad pœnitentiam adducit: aut, si obstinato in malum suum animo fuerint morituri: eos, cùm ad se nihil pertinere existimet, cuius imitari abnuunt mores: tùm verò gratias agat: q; & mala eorum vltrà visurus non sit: quæ sine ingenti mœrore non cerneret: & ab redden-

da pro eis ratione in posterum absoluatur: quod grande vnicuiq; sanæ mentis homini, & leuamen, & solatium est. Quòd si infantes, aut qui nec dùm vsum habeant rationis, vel fortassis habituri sunt nunquam ex eis: seu morituri sunt ita: lętari maiorem in modum debet: quòd innocentibus, & iis, qui cũ mulieribus nõ sunt coinquinati, annumerandos esse intelligat: siue ad vsum rationis venturi: lætari nihilominùs debet: quòd, cùm minùs prospera sint fortuna futuri: (neq; enim desunt, qui pupillis quotidie mali aliqnid faciant) omnibus pariter cariturі sint damnis, quæ secundam fortunam sequuntur: vt superbia, vt gula, vt libidine, ut multis huiusmodi, quæ raro non in prosperis rebus habentur: & quò plura hìc patientúr incommoda: hòc vel plura sint in alia vita consecuturi bona: vt Lazarus ille mendicus: si vixerint benè: vel pauciora suscepturi incommoda, si malè: vtpote cùm nemo sit, aduersùs quem tribulatio duplex consurgat. Nec illud in postremis habeat, quod & supra tetigimus: ab ea, quam pro ipsorum factis redditurus fuisset: sese interim ratione ereptum. Porrò siquid aliud insederit animo, quod ei charissimum fuerit: hoc, quantuncunque, aut qualecunque sit: minoris faciat necesse est: quàm ut pro eo sese ipse mali sempiterni

periculis offerat. cùm enim dicat in Euange-
lio dominus: Siquis venit ad me: & non odit
patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios,
& fratres, & sorores, adhùc autem & animam
suam: nō potest meus esse discipulus: & iis, quę
charissima vnicuiq; solent existere, nominibus
cætera sine dubio, si quę his fortè alicui chario-
ra forent, odio habenda monuerit: quisquis ea
non ita, vt admonet dominus, odit: eius esse di-
scipulus neq;. Qui verò Christi discipulus esse
non potest: à scholæ illius ocio proculdubio
alienus habebitur, de qua in Apocalypsi dicit.
Beati mortui: qui in domino moriunt. A mo-
do iam dicit spiritus: vt requiescát à laboribus
suis: opera enim illorum sequunt illos. Iam
verò lachrymas, vlulatus, verba, cōplexum'q;
horum, quantùm fieri potest, vitabit, vt captio-
sa: & venenata, vt mortifera, vt quæ, cùm nihil
afferant boni, plurimum vicissim mali appor-
tant: quando'quidem & illis ipsis noceant, qui
hæc agunt: & huic, cuius aguntur causa, vt mœ-
roris afferant nihil: certè prodesse nec possunt.
neq; enim tardiùs ob eam rem moritur quis-
piam, q̄ lugeatur à multis: aut migratura ex
corpore anima retineri amplexibus pōt. Nam
illud q̄ parum sani est hominis, de aliorum do-
lore magis, q̄ de suo periculo esse solicitum ê
atq;, vt cum hominibus viuere aliquantulùm
possit, migrare ad Deum nolle? aut fortè neq;

hoc ipsum cogitare: quòd (velit, nolit) migraturus est tamen? ad sempiterna supplicia, si inuitus: ad æternam fortassis mercedem, si volens? Excitandus est igitur vnicuiq; in tanto discrimine animus: parandaq; ad iter periculosissimum mens: vt ne aut dormientes, aut imparatos offendat. Si enim grauissimis qbusq; in periculis constituti, ne somnum quidem admittere oculis possunt: si longiusculum iter facturi: quæ sibi ad eam rem necessaria ducunt, omni diligentia comparant: quantò hi magis, & vigilare, & parati esse debent: quibus, & periculorum omnium periculosissimũ periculum imminet: & via, cuius inter mortales nullus est dux: oppidò q̃ grandis restat? Hæc autem tantò vnicuiq; euenient meliùs: quantò vt quæq; verissimum arbitrabitur, sic eum de se libétiùs consulet. Consulet autem, non sicut ii consulebant, quos Esaias introducit dicens: Loquimini nobis placentia: quẽadmodum etiã eunuchus ille Achab regis Israel: qui missus accersitum Michæam prophetam, dixisse legitur ei. Ecce sermones prophetarum ore vno regi bona prædicãt. sit ergo sermo tuus similis eorum: & loquere bona. Quasi, non quia venturum sic esset, loquerentur Prophetæ: sed quia sic locuti erant, euenire soleret. quem etiam se improbissimus Achab fatebatur odisse, quia nõ prophetaret sibi bonum: sed malum. Non *

sic inquam consulet: ut consulebant illi, qui malum, sibi quod esset futurum, prædici nolebant: sed ut qui uerum, qualecunque id sit, audire gestiat: & mortem (si in domino moriatur) ne malum quidem esse existimet: aut, si excellentioris animi fuerit: ut possit etiam ipse dicere: Dissolui, & esse cum Christo, multò melius est: mortem sibi potiùs nunciari desideret. Nam quos ità in aduersa ualetudine animatos inuenerint: his non spirituales amici solū, & qui mentiri grande scelus existimant: sed & qui secūdùm carnem sapiunt tantùm: ac mentiri solent interdùm: quinimò ipsi etiam medici, quos curandæ ualetudinis ratio talia præfari uetat: uerùm sine ullis uerborum ambagibus dicent: uel ut quòd sentiunt, proferant: uel ut non ingratam, neque iniucundā eis rem nuncient. Accedit uerò & illud: qđ, quem non inuitum mori conspiciunt: eius, partim admiratione magnitudinis animi, partim uerò, quia molesti esse uerentur: morte, etiam qui minùs constantes fuerint, tristari non solent: aut certè parùm tristari. Quòd si nullus affuerit, qui consuli possit: aut affuerit quidem: sed cui fides adhiberi nō debeat: num ei propterea auxilii nihil erit? Erit profectò: si, conditionis humanæ memor, etiam tum, cùm optimè sibi ualere uidebatur, mori se potuisse itelliget. Neque enim aliqua corporis ualetudine detinebatur is, cui de

horreis destruendis, & maioribus faciẽdis intra se cogitanti, dictũ est. Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Neq; rursus non crebri continuò accidunt casus: quibus palàm omnibus fiat: multos passim paulò antè sanos atq; incolumes efferri solere. Si huius igitur uitæ, etiam iis, qui bona sunt ualetudine, & ętate non grandi: fideiussor nullus existit: quid causæ est: ut quem aut ætas, aut grauior morbus inuaserit, nõ sibi ipse dicat? Et si hoc alii negẽt: ego tamen moriturum me scio. & si de me non malè medicus speret: ego tamen in horas, uel potiùs momenta singula, me deficere sentio. & si multos mihi annos uxor promittat: ego tamẽ plus de meipso credo mihi, q̃ cuiquã alii. faciam igitur ex necessitate uoluntatem: & quam nullus unquam effugit mortem, libẽter suscipiam. Quis enim scit: si hoc me pacto Deus, cui quæ futura sunt, patent: ab iminentibus eripit malis: &, quod ità è re mea esse intelligit: mihi non uitam adimit: sed mortem donat? Instruam ergo me ad excipiendam eam: &, siquidem uenerit: paratum offendet: sin uiuere distulerit: instructum fuisse, nihil nocebit. neq; enim cui semper quasi cum hoste manus conserturo copiæ paratæ sunt: etiam si non dimicet, instruxisse aciem nocet: aut per murum in hostili obsidione suis locis obest milites collocasse:

etiam si non oppugnetur eo tempore ciuitas.
Hoc ergo pacto, aut ex uno aliquo adstantiũ, aut ex semetipso sciscitatus, cũ intellexerit, aut ne intellexerit quidem, sed suspicatus etiam leuiter fuerit, mortem adesse: iterùm atq; iterùm studeat ab sese peccatum expellere: ac ipsum, aliud'ue aliquod ultrà non perpetrare: &, quẽadmodum in Michęa scriptũ est, solicitus ambulare cum deo suo, memor illius, qđ in Ecclesiaste legitur. Nescit homo: utrùm amore, an odio dignus sit: Veniã prçterea ob culpas præteritas postulet: ac parata sibi, iustitia exigente, supplicia per misericordiam remitti precetur. Cibum porrò, aut potum, non nisi quem iusserit medicus, capiat: aut, si eius fortassis copia nõ habeatur: eos, quôs abhorrere naturam intelligit, fugiat. Nam, cùm equis & bobus, & aliis ferme omnibus quadrupedibus, naturâ insitũ uideamus: ut ualetudinarii cibũ potum'q; abhorreant: unde illud poetę: Labitur infelix studiorum atq; immemor herbæ, Victor equus: fontes'q; auertitur: miser est homo: & nõ iam (sicut in psalmo legimus) comparatus iumentis insipientibus, & similis factus illis: sed iumentis ẽt longè insipientior: qui qđ illa, duce naturâ, cognoscunt, & faciunt: & naturâ, & rõne, & multa rerũ experientia doctus, aut non faciat: aut ne sciat quidem. Hoc propter eos dictũ uelim, quibus mulieres ministrant: aut siqui mu-

liebri ingenio sunt:ut ne se cibis uino'ue onerari permittant, qui nimis fortasse uel sic onerati iam sunt. Nam,cùm omnes ferme corporis morbos curat inedia:tùm eorũ nõnullis carnium uini'ue gustus mortifera sunt:seu ꝙ illis ueneni uicem gerãt:siue ꝙ ubi suum quis ferre onus nõ potest:si ei onus aliud superponitur: sub illo conteratur oportet. Non tñ siquos abhorrere naturã intelligit,cibos ei,potus'ꝗ prohibemus: continuò quos appetere infirmitas solet:permittimus. Vt enim qui animo malè cõposito fuerit,libidinosè uiuũt:ac uitia nõ naturę,sed cõsuetudinis culpâ sectanť:sic ex iis,q̃ malè cõposito corpore sunt, nõnulli quidem incontinentium,nonnulli uerò intemperãtũ similes sunt:quibus,ea,quę appetũt, assequi tã est pestiferũ,q̃ animo malè composito hominibus facere quæ fert uoluntas. Quãobrem,ut modũ his aliquem uiãq; cõmonstramus: q̃q̃ non medicinæ, sed benè moriendi rationem monstrare instituerimus:& in tam grandi ętatum,uirium,habitudinis,sexus,loci,morborũ, temporis,& siquæ alia huiusmodi sunt, varietate, vix etiam ab ipsis medicis certam in his viam monstrari posse putemus: hoc tamen quantum operi suscepto sat est, cómonemus: Vt cibos,potus'ꝗ,& illos fugiat,quos abhorret natura: & illos non sequatur, quos infirmitas appetit;cæteris autem parcè vtatur: & edẽdum

ſibi, vt viuat, eſſe meminerit: potiusq̃ viuendum, ut edat. Nec ideò ſe tñ, aut euitaturũ mortem exiſtimet: qđ nulli ferme homini cõtigit: aut producturum uitã: qđ fieri nequit oĩnò: dicente Iob ſpiritu ſancto: Cõſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterũt: ſed hæc faciat, partim ut ne, ſi nihil in curanda valetudine adhibeat diligentiæ: Deum tentaſſe videaẽ: contra quem ſcriptum eſt: Non tentabis dominũ deũ tuum: parti verò, uti ne ſuæ ſibi mortis auctor fuiſſe puteẽ: ſi nihil prorſùs iis, quæ bonę valetudini contraria ſunt, euitandis tẽperantię tribuat. Mulierũ uerò blanditias, & ſolicitudinẽ importunam, ac ſine ratione diligentiam, tam ſuſpectas exiſtimet, q̃ quæ ſunt ſuſpectiſſima. Interea teſtamẽtum (ſi vacat modò) accerſito tabelliõe facere properet: ſicut in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt. In die ꝯſũmationis dierũ vitæ tuæ, & in tpe exitus tui, diſtribue hr̃ditatẽ: eiectis, (ut nequa p illos mora interueniat) oĩbus: &, cũ creditoribus, vel ipſe ſatisfecerit: vel ſatisfieri ab hr̃dibus iuſſerit: cũ & ea, quæ malè abſtulit: & quę de ſic ablatis, aut pcepit, aut pcipere potuit: Ad hęc ẽt dãni, qđ paſſus eſt ille ꝓpterea, ęſtimatiõnẽ reddiderit illi ipſi, à quo abſtulit: uel hr̃dibus eius, ſi cognoſcunt: uel eccleſiæ, aut paupibus, ſi ſunt ignoti: cũ debito ꝝ rõnes ubi, & quo ſint deſcriptæ, diligẽter exp̃ſſerit: cũ eccleſiæ, uel pauperibus, nõ ex triſtitia,

aut necessitate, siquid uolet legauerit: cũ hęreditatem inter suos diuiserit: cùm seruis libertatem,& famulis mercedẽ reliquerit: cùm pupillis, aut mentecaptis suis, vt ne esurire, aut mendicare cogant̃, alimenta,& qbus tegantur, statuerit: de sepultura præceperit: oĩa deniq; disposuerit: aut signari tabulas iubeat: aut si testiũ, qui tacere possint, copia sit: eis pñtibus publicatas tantisper celari coget, dum uitæ reddiderit debitũ. Sic neq; inter suos ullã fieri cõtẽtionẽ uidebit: & q̃relis eo℞ aut nullis uexabitur, aut nõ multis. Si tñ eo℞; quæ diximus, aliquid fortassis acciderit: id sibi ꝓ supplicio, qđ ob suã aliquã culpã subiturus apud ĩferos fuerat, ꝑmissu dei accidisse intelligat: ut qñ (sicut ẽt suprà diximus) nemo est, aduersùs quẽ tribulatio duplex cõsurgat: & securiùs mori, & recta magis via migrare ad dñm possit. Ita nihil (arbitror) erit, quod loco illũ queat mouere: cũ hæc ipsa, quę uehemẽter ĩpellere debuerat, vis firmet illum potiùs: ac esse ĩmobilẽ faciat: & quæ præter sententiã acciderunt: optanda ultrò fuerint, nisi accidissent. At verò si testamẽto faciẽdo tp̃s nõ est: de malè ablatis tm̃, de'q; creditoribus cùm statuerit: cætera, tanq̃ ad se nihil oĩnò pertineant, negligat: neq; suo℞, q̃bus succurrere leges possunt: cõmodũ faciat pluris, q̃ suũ: cui, si nõ in dño moriat̃, succurrere potuerit nihil: illud sępè dñi dcm̃ itra se uol-

uens,atq; reuoluens. Quid prodest homini,si mundum vniuersum lucretur:animæ verò suę detrimentum patiatur? Aut quā dabit homo cōmutationē pro anima sua? Hactenùs de aliis. Nunc de nobis,qui ecclesiarū censibus viuimus:sermo habeatur oportet:quāq̄ & in superioribus multa,quæ ad nos pertinent,posuerimus:& in iis,quæ sequunt̄,nonnulla simus dicturi:quæ illis etiā accōmodentur perbellè. Nam necessarios,atq; domesticos quales,cùm cæteri, tùm nos in primis habeamus, interest plurimùm:nō solùm quia multa sunt,quæ ab illis minus rectè,si viuant,oriri solent incōmoda: verū etiā,quia puniri consueuerunt interdū & pro familiæ culpa,qui eam susceperunt regendam: vt Heli,& pro subditorū delictis tribuū principes:quēadmodū in Numeris cernere est. Fornicatus est.n. populus cum filiabus Moab: & adorauit deos earū: & tamē dixit ad Mosem dn̄s. Tolle cunctos principes populi: & suspende eos contra solē in patibulis:vt auertatur furor meus ab Israel. Grādis quippe est culpa: nō punisse delinquentes in Deū,ei,q ob hoc ipsum sup illos positus est, vt puniret. Vnde & scriptum est. Potētes potēter tormenta patient̄. Et rursùm. Noli quęrere fieri iudex: nisi valeas virtute irrumpere iniqtates. Hoc igit̄(vt neq̄ ab necessariis,atq; domesticis, in hora mortis nobis offendiculū fiat)hoc inq̄ cu-

rãdũ eſt,& oĩ ſtudio perquirẽdũ: vt eos eligamus ferè, quales in pſalmo centeſimo ꝓpheta deſcribit: quò ſaluatoris exẽplo poſſimus etiã ipſi dicere. Nõ vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos. Ait aũt. Faciẽtes præuaricatiões odiui: Declinantem à me malignum non cognoſcebam: Detrahẽtẽ ſecretò proximo ſuo, hunc pſequebar: Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. Ambulãs in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Non habitabit in medio domus meę, qui facit ſupbiam. Qui loquitur iniqua: non direxit in cõſpectu oculoꝝ meorũ. Hos (ſi vſq̃ gentium inuenti fuerint) ſic amabimꝰ: ſic tractabimus: vt ille monet, q ait. Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus, quaſi aĩa tua: nõ defraudes illum libertate: neq; inopem derelinquas illum. Et rurſùs. Si eſt tibi ſeruus fidelis: ſit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem ſic eum tracta. Ab his, tm̃ abeſt, vt diripi tunc domeſticam ſupellectilẽ, aut deſeri nos poſſe, putemus: uti de ſuo potiùs, quinimò ẽt ſeipſos in vſus noſtros impẽſuros eos certò certiùs agnoſcamus. Quẽadmodum de illo legimus, qui dicebat. Ego aũt libentiſſimè impendam, & ſupimpendar ego ipſe pro animabus ueſtris. Et rurſus de illis, de quibus in epiſtola ad Galathas Apoſtolus ait. Teſtimoniũ. n. ꝓhibeo vobis: quia (ſi fieri poſſet) oculos veſtros eruiſſetis: & dediſſetis mihi. Et iterùm de illis, de qui-

bus in secunda ad Corinthios inquit. Quia secundùm virtutem testimonium illis reddo: & supra virtutem voluntarii fuerunt: cũ multa exhortatione obsecrantes nos grãm, & cõmunicationem ministerii, quod fit in sanctos: & nõ sicut sperauimus: sed semetipsos dederũt, primũ dño, deinde nobis p voluntatẽ dei. Qđ si tales inueniri non poterũt: (ut nãq; inter numeros, sic inter homines pauci inueniũtur pfecti) illi secũdo eligendi sunt loco, q proximè ad istoꝝ mores accedant: q̃bus, ut nequã furandi excusationẽ arripiãt: sua singulis quibusq; mensibus merces pẽdẽda est: iuxtà illud Tobiæ pris. Quicũq; tibi aliquid opatus fuerit: statim ei mercedem restitue: & merces mercenarii tui apud te oĩnò nõ remaneat. Et illud Saluatoris mei. Dignus est. n. oparius mercede sua. Tùm cibus potusq; ità quotidie dandus: vt (q̃q̃ ministri sint): homines tamen eos, & nobis natura simillimos, esse meminerimus: atq; ut inter nostras, eorumq; epulas, aut nihil omninò inter sit, aut q̃minimum: & hoc ipsum, quod interest: abundantia compensetur. Delicatas autem neq; illis apponere, neq; nobis parari sinamus: ne gulę aut nos deditos, aut eoꝝ quẽpiã criari possint: quibus uita nr̃a, viuẽdi esse debet exẽplar. Sup oĩa verò ĩfirmis ut nihil desit, curemus. nã (ut illđ prætereã: qđ huius potissimũ rei uẽturus ã no-

bis iudex rõnẽ expoſcet,nihil æquè hoium erga nos mẽtes cõciliat:vt ea, quæ ęgrotantib⁹ exhibet ſolicitudo.Hæc ſi inter ſe vniuerſa cõueniãt:minimũ erit,qđ a'quopiã eoꝝ morientes incõmodũ ſentiamus:maximè ſi eos ſimplices magis q̃ aſtutos atq; (ut ſemel dicam) oues,magis q̃ lupos eligere noluerimus.Neq; .n.tanti eſſe apud aliquẽ debet aſtuta malignitas,& cœli terrę'q; uerſandę ingenioſa calliditas:ut pp alacritatẽ ingenii ſolam,tot ſimul vitia tollerare debeamus,quot in hoc genus hominibus ferè inueniunt.Iàm uerò ſi nõ quales uolumus,ſed quales nr̃oꝝ calamitas temporꝝ fert,inuenerim⁹:(q̃q̃ & hoc aliàs utiliſſimũ ſit) neq; argẽteoꝝ nobis vaſoꝝ multitudinẽ ꝯparabimus:neq;,ſiquid inter ueſtes,libros'ue pretioſius fuerit:nõ illius monumentũ aliqđ relinquemus:& q̄cq̄d a' quotidiano ſumptu reliquum eſt:id quotidie in orphanos, pupillos, viduas,infirmos,captiuos,& reliquos Chriſti pauperes diſpenſabimus:ut,cùm nihil inuenerint p̄tioſi,qđ auferãt:auferre nec curent.Quia .n.tria ſunt ferè,quę ad furandũ hoies non bonos alliciunt:egeſtas,cõmoditas,atq; cupiditas:vnde ſcriptũ eſt:ne fortè,egeſtate compulſus,furer: Et uulgo dicitur: Cõmoditas furem facit: Et in Ioſue Acham filius Charnii, cùm fortè inuentus, crimen confiteretur:Vidi, inquit, inter ſpolia pallium coccineum

valdè bonum,& ducentos ſiclos argenti, regulam'q; auream quinquaginta ſiclorum: & concupiſcens abſtuli: quia(ſinqua)tria ſunt ferè, quę ad furandum homines nõ bonos alliciũt: nec egeſtatem cauſari poterunt: q menſtruas ſemper mercedes acceperint: neq; commoditatem inuenient: cùm pretioſiſſima quæq; deſcripta iam ſint: neq; concupiſcere poterũt: cùm, ſi pretioſorum quippiam deſcriptum nõ eſt: id iam in cœleſtes theſauros manus pauperum comportarint. Hæc autem, cũ tota vita nobis agenda ſunt: tũ eo in primis tempore, quo viciniores mortis nuncios cernimus: vt debilitatem virium, vt morbum, vt caniciem, vt ſenectam. Si porrò acta non ſunt: (bona enim hominum pars iſta cogitare nec curat) duo ſunt contra hunc maligni ſpiritus impetum ſola præſidia: alterum: vt grauiſſimos eius, in quo degimus, loci viros, clericos, ſi adſunt: ſin minùs, laicos accerſamus: eis'q; ſupellectilis, ac rei familiaris omnem curam credamus: &, ne qua per domeſticos, vt domus ac latebrarum ignari, arte fallantur: ab tabellione ſingula quæq;, in primis autem ꝑtioſa, deſcribi coràm eis curemus. Alterum verò, ſi fortè nõ adſunt, qui accerſiri poſſunt: aut adſunt quidem: ſed nobis iſta cogitare non vacat: vtpote quos iam iam'q; ventura mors vrgeat: eſt vt memores illius ſimus, qui ait. Diuitiæ ſi affluant: nolite cor apponere.

De illis,

De illis,tanq̃ si nihil nostra intersit:ne paruam quidem habeamus curam: scientes,nihil intulisse nos in hunc mundum:vt author est Apostolus: neq; auferre rursus hinc aliquid posse. Nã & hoc ille sciebat,q̃ dicebat. Nudus egressus sum de vtero matris meæ: nudus reuertar illùc. Neq; ob eam rem tamen,aut horũ approbamus rapacitatem, quos & iniustè rapere, & multò furibus,imò verò interdum etiã sacrilegis deteriores esse putamus: aut quorũdam, & quidem non infimorũ nostri ordinis hominũ inscitiam laudamus: qui cũ nihil in suos necessarios totâ vitâ liberalitatis ostenderint: (quasi earum rerũ nõ dispensatores, sed domini sint) in morte de iam non suis rebus liberales volũt existere: eisq;,vel ipsi donant: vel vti furentur intrepidè, quæ quisq; potuerit,authores sunt: tanq̃ sibi deperiturũ sit, quicquid aut ecclesię superfuerit: aut ad eius,qui in suũ surrogabitur locũ, manus peruenerit. Quam ego liberalitatẽ omni esse auaricia peiorẽ existimo. Siquidem & odit dominus rapinã in holocaustũ: sicut per Esaiam dicit: & alienam rem donare,vel vt furto subtrahatur, authorem esse,nihil aliud est, q̃ furum socium fieri. Quẽadmodum in eodem propheta scriptum est. Principes tui infideles: socii furum. Hoc autem cũ reliqua vita, tum in primis extrema eius pte, minimè scõ est opus. Si enim quo tempore ad præteritorum crimi-

num pœnitudinem intẽtissimi esse debemus, eo tempore tale, tantum'q; admittimus crimẽ: non cum hoste pugnare, sed vltrò ei manus dare, studemus. Quocirca, q̃q̃ neq; illos rape, neq; nos donare, vel vt aliquid ipsi furentur authores esse oporteat: si tñ rapiant: si extorqueant: si furentur: (vt eorũ, quæ paulòantè ostendimus: alterum præsidio nobis existat:) nihilo magis perturbari debemus, q̃ si minimè ad nos res ea pertineat. Hoc aũt ita (ni fallor) commodissimè fiet: si quo erimus in cubiculo: in eo, vel iuxtà, nil nisi ęgrotãti necessarium sit. Sic enim (quæ duo cõturbare maiorẽ ĩmodum nos possent:) neq; exportari videbimus ab eis aliquid, neq; audiemus. Iam vt de illo, qui ab cõsanguineis, aut affinibus nr̃is fit, impetu, pauca dis̃eramus. nõ enim vt reliqui domestici eligi possunt: sed qualescunq; contigerint: habendi sunt: si cupidi: si elati: si arrogantes: si impudici: si rei ecclesiasticæ inimici: si sanctorum & Dei cõtemptores: si in omne scelus parati. Primùm oĩum, numero, & fortunis eorũ pensatis, quia oĩbus fortasse non possumus: & quibusdã, q; satis est, per se locupletes sunt, nec debemus: & propinquioribus, quos laborare scimus inopia: duos pluresʼue timentes Deum deligemus: q̃bus, si conditione sunt tali, vt in dñi hæreditatem meritò vel ab extraneis admitti queant: sensim, & per interstitia temporum ad sacerdotium sublatis,

non ab re fuerit operā dare: vt,quando altario deseruiunt:(sicut Apostolus author est:)cū altario participent. De cōditione ideò mentionem feci:quia cū alia multa,tū verò etiā deformitas corporis fieri,nec,si Deum timeant,sacerdotes permittit. Et hoc ferè à parentibus vsurpari solet: vt ex omni filiorū numero illos potissimū deligāt,qui Dei ministerio dedicent:quos aliqua corporis pte deformes, aut debiles norūt. Contra quos Mosi in Leuitico loquitur dn̄s:& dicit. Loquere ad Aaron. Homo de semine tuo per familias,qui habuerit maculā,non offeret panes Deo suo:nec accedet ad ministerium eius. Si cæcus fuerit:si claudus: si vel paruo,vel grandi,vel torto naso:si fracto pede,si manu:si gibbus:si lippus:si albuginē hn̄s in oculo:si iugem scabiē: si impetiginē in corpore: uel herniosus. Quæ oīa,q̄q̄ sensum habeant spiritalē: ēt secūdùm lrām intelligi iuris pontificii scita nō uetant: & hoīes huiuscemodi, uel hominū potiùs monstra,Deo secernere, ptim ꝙ minùs uenusti,aut fortassis ēt pridiculi sunt: ptim ꝓò ꝙ ad pagenda ea,q̄ debēt:sese accōmodare nō queunt:ut culpa nulla sit : certè meritū perexiguū est. At ꝓò si cōditione tali nō fuerint:illis, & si qui sunt alii,qui laborēt inopia:maxīè aūt qbus filiæ multę sunt: ꝓ uirili nr̄a sic de bonis eccl̄ię,habita rōne ꝑsonaꝝ, auxilio esse debebimus:ut in diuitias eleemosyna non uertat᷑. Nā

eo pacto & paupibus aliis subtraheremus, qđ istis suprà q̃ necessitas exigit,pberef: &,dũ eos facere diuites volumus: in supremã deiicerenf inopiam. Si-quidem nec durare diù possunt ea ratione cõparatę diuitiæ: & tantò grauior vnicuiq; paupertas videf: quantò se paulò antè ditiorem fuisse cõmeminit. Qui porro inter hos Deum non timent: eos vbi semel, atq; iterùm moniti ad Deum redire noluerint: perinde ac nullo propinquitatis iure cõiunctos, fugiemus simul atq; fugabimus: ne nobis aliquando exprobret dominus: quẽadmodum per Iehu filium Anani reuertenti in Hierusalem Iosaphat exprobrauit: & dicat. Impio præbes auxilium: & iis, qui oderũt dominum, amicitia iungeris. Et, si quid a nobis propinquitatis iure poposcerint: non esse planè propinquos dicamus: cùm nobis (quæ summa, & sola bonoꝝ propinquitas est) moribus ꝓpinqui nõ sint. Nam & dñs meus Iesus, cũ ei quidã de turba dixisset: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærẽtes te: extensa in discipulos manu, Ecce, inquit, mater mea, & fratres mei: quicũq; enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est: ipse meus frater, & soror, & mř est. Et propheta Dauid, Nonne qui oderunt te, ait, domine oderam: & super inimicos tuos tabescebã? Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi. Alioquin, si eis quoq; de bonis ecclesiæ auxilio esse

voluerimus: timendum est, ne non tam hoies pascere: q̃ vitia nutrire videamus: & probis idẽtidem plurimis inopia pressis desimus. Nõ sumus enim ignari eius, quod in ecclesiastico legitur. Benefac humili: & nõ dederis impio. prohibe panes illi dari: ne in ipsis potentior te sit. nam duplicia mala iuenies in oibus bonis, quæcũq; feceris illi: quoniã & altissimus odio habet peccatores: & impiis reddet vindictam. Hæc (si fieri potest) simul tota vita nobis agenda sunt: simul curandũ: vt ne plus minusue in domo sibi nostra vindicẽt iuris, q̃ necessarioꝝ atq; domesticoꝝ singuli quiq;: sciantq;, nõ esse illud patrimoniũ suũ: sed Christi: & eius apud nos non vllum dominiũ, sed dispensationem solam existere: quã fideliter geri, cùm Apostolus in prima ad Corinthios monet: qui, cũ dixisset: Sic nos existimet hõ, vt ministros Christi, & dispẽsatores ministerioꝝ Dei: statim intulit: Hic iam quærit, inter dispensatores vt fidelis quis inueniat: cùm dñs in Euangelio præcepit, dicẽs. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem cõstituit dominus super familiam suam: vt det illis in tẽpore tritici mẽsuram: Per mensurã puto, vt ne in dando modus excedat, intelligi. Quo-circa, seu nos diligunt: nolint à nobis exigere, quoꝝ ante venturum iudicẽ rationem, & quidem exactissimam, redditurì sumus: ne fortè, si minùs rectè sit reddita, eternus

propter eos nobis præparet interitus:siue non diligũt:intelligant:ēt sponte oblatis se iure uti frui non posse:ne tantò sit ingratitudinis eo℞ grauior culpa,quãtò & accipiẽdi maior improbitas. Quòd si hęc acta nõ sunt:ad duo illa,quę, de necessariis, atq; domesticis cũ loqueremur, cõtra hũc maligni spũs impetum, sola reliqua esse docuimus: ꝓsidia confugere oportebit: ut uel grauissimis eius loci uiris rei familiaris curam credamus:& singula quæq; describi curemus:uel,quid qs auferat, nihil nostra ĩteresse putemus:ut ne,dũ rei seruandę studemus:animam simul,& rem perdere cõpellamur. Supremo loco, si missis fortasse apparitoribus obsideatur domus: si ab tabellione describant bona: si uiuentibus adhuc nobis nr̃a distribuant sacerdotia: longè magnũ præsidium fuerit,eleuata sursùm mente cogitare: nil horũ sine Dei uolũtate accidere:merito'q; ista nos pati:ꝙ his antè,suprà q̃ æquum fuerat,inhiauimus:ut uoluntariè,ĩmò uerò ēt cum gr̃arum actione,qcquid illud fuerit supplicii subeuntes; migtare ex hac uita securiꝰ ualeamus:certi, ꝙ nobis duplex tribulatio nõ consurget.Hoc enim & decem Ioseph fratres fecerũt. Nam,cùm eos ille causatus exploratores in carcerem detrusisset: eductis'q; die tertio diceret:uti,uno ibi in carcere ligato, cũ frumento, qđ emerant, abeuntes, fratrẽ suũ minimũ adducerent. Locuti sunt,

inquit,adinuicem. Meritò hæc patimur:qa peccauimus in fratrē nostrum: videntes angustias aīæ illius,dum deprecaref nos: & non audiuimus: iccircò venit super nos ista tribulatio. Vide,quid perpetrati sceleris cōscientia faciat. Tribulationē sentiebant:cām,quare tribularentur,nesciebāt:&,ꝙ exploratores nō essent: iniustè vexari se,poterāt arbitrari. At,vbi ad delicti, qđ in fratrē patrârāt,memoriā ventū est: continuò iustè tū se pati, tum illū iustè agere,cōfessi sunt:vsqueadeò:vt vnꝰ ex illis Ruben, q̃si pro Ioseph,quem tn̄ non fratrē,sed Pharaonis præpositum arbitraretur, rōnem reddens, diceret. Nunqd nō dixi uobis: nolite peccare in pueꝝ: & non audistis me:en sanguis eius exqritur. Quòd si nō his antè, suprà q̃ æquū erat inhiasse nos recordamur:(q̃q̃ quotusq̃sq; hodie inuenitur,qui de se hoc audeat ꝓfiteri:) existimemus uelim,qn̄ nihil hic,nisi iussu,uel ꝑmissu dei eueniat: & in multis oēs offendimus: id ob aliud aliqđ nostrū facinus accidisse. quéadmodum Tobias pater:qui,cùm ad cęcitatis plagā etiam maledictis ꝑmeretur uxoris:in ipso statim suæ orationis exordio, Iustus,inquit,es,domine: & omnia iuditia tua uera sunt: & oēs uiæ tuæ misericordia,& ueritas,& iudicium. Neq; uerò non illud multùm profuerit: si uel de eius, qui hæc imperat,animo,non malè senserimus: uel,ut pessimè sentiendum sit:rem ipsam, non

eius animum cogitemus. Quid enim si propterea domum custodiri præcepit: vt ne qua nobis, aut ab inimicis iniuria (quod consternatis ob periculum nostrum domesticorum animis, factu facillimũ foret:) aut ab illis ipsis domesticis prȩda fiat: quod fieri solere, plùs iã in dãnis nostris sentimus, q̃ in historiis legimus. Quid si bona ideò describi iussit ab tabellione: vt ne aut nos valitudini restituti egeremus: aut illi, quæ non sua sunt subtrahentes, peccarent? Quid deniq; si nostra iccircò distribuit sacerdotia: vt onere, quo nullum in rebus humanis est grauius, nos liberaret: ac inimicũ nobis hominem, non quidẽ vlciscendi, sed, q̃ ita iustitia exigat, puniẽdi studio illi supponens, in suo eũ labore doceret: nõ esse odio, sed misericordia dignos eos, qui sub sacerdotiorũ oneribus gemunt? Verùm, vt horũ nihil credamus: &, mente ab eo non bona hæc fieri vniuersa sciamus: quid vetat, rem ipsam tantùm, non eius etiam aĩum cogitare? &, siquidem ex s̃nia nostra est: &, quam nisi ille fecisset, nos omninò fieri iussissemus: q̃ voti compotes facti simus, gaudere? quinĩmò (vt animum quoq; illius ante oculos habeamus) etiam voluptate intra nos quadam affici: q̃, Deo ita volente, qui & odit, & facere nobis pessimè studet: contraria prorsùs ratione, quæ ab amicissimo quoq; fieri oportuerat, faciat? Velut si esuriẽti, & frustum sibi panis

dari importuniùs flagitãti, iracũdus homo arre-
ptum de mensa panẽ iaciat, feriendi ille quidẽ
studio, non donandi: sed is, cui iacitur, declina-
to paulùm ictu, nec vllo modo feriatur: & pane
sublato discedat. Atqui ex sententia nostra est
(puto) res ea: si contra rapinas, & furta consan-
guineorum, atq; domesticorũ tutam esse nobis
suppellectilem volumus: si neq; a nostris deseri,
neq; ab eis indignissimè annulo quoq;, & co-
nopæo, & eo ipso, in quo morimur, lecto deiici
cupimus: si non coquos, & stabularios, & pano-
sissimũ quẽq;, sed illos ipsos, qui consueuerãt,
ministrare nobis optamus: si vasorum domi
tm̃ superesse nõ displicet, quãtum potionibus,
cibisq; iferendis sat est: si deniq; oẽs illos, q̃ in-
nocẽtissimos relinquere deo studemus: vt pos-
simus etiã nos dicere. Pater, quos dedisti mihi:
non perdidi ex eis quenq̃. Nam qui custodiri,
& descripta esse iam oia viderint: neq; subtra-
hendi animũ habituri sunt: quod ferè non nisi
perficere, quæ volunt sperantibus accidit: neq;
nos, vt circa alia magis occupati, relinquent:
quippe quibus nil sit aliud, in quo magis occu-
pentur. Neq; illud autẽ præter sententiã eueni-
re putandum est: si nostra, viuẽtibus adhuc no-
bis, sacerdotia distribuantur. Nam, cùm nõ esse
in eis tam honorem, q̃ onus, & quidem omniũ
grauissimum, partim rõne, partim verò, qđ ma-
ius est, experientia longa edocti sciamus: po-

tiùs lætari debem⁹: illud alii cuiuis fuisse īposi-
tum: si tantulum hoc vitæ, qđ superest, leniùs
ferre, inter bona pręsentis tpis collocamus. Nā
& qui onus aliquādiu aliquod portauerunt: ex-
onerari (puto) se, etiā si inimico imponendum,
etiā si in terram proiiciēdum sit, malunt. & nō
quia pretiosum, propterea minùs graue est, qđ
portatur. Qua in re illud nós magis magisq́
confirmabit: si cogitabimus, nec posse nos vl-
trà pondus id ferre: vtpote cùm sani, atq́ inco-
lumes vix potuerimus: & eē à nobis de eo for-
sitan nihilominùs rōnem reddendam: vtpote
qui, cùm illud ferre nequeamus: sub eo tamen
mori, q̄ exonerari malimus. Porrò si ad hono-
rem, aut diuitias, quæ illud, veluti nucleum pu-
tamina, contegunt: oculos deflectamus: &, pon-
deris obliti, sola hæc forsitan cogitemus: vt pes-
simè cedat: neq́ ablatū iri à nobis, quod aliis
cōmissum est, si vixerimus: neq́, vt nemini cō-
mittatur, fore ob eam rem nobis quippiam me-
lius, recordabimur, si vita functi fuerimus. Nam
q̄ eos, quibus cōmissa fuerint, mortem nobis
aiunt optare: ridiculum planè est, si perturbat:
quādò & nihilo propterea celeriùs morituros
esse nos, certissimum sit: & qui hæc optant, sibi
noceant tm̄: nobis nocere prorsùs nō possint:
quinīmò prosint interdùm. Siquidem vitā no-
bis deus, cùm vt pœnitudinis tempus longius
habeamus, tū verò, vt sic vltionē ex eis capiat,

ob eam rem prębere longiorem soleat: quod in Ezechia rege Iuda, videri forsitan pôt. Nam cùm ęgrotaret vsq; ad mortem: eiq; prophæta Esaias dixisset: Pręcipe domui tuæ: morieris.n. tu: & non viues: cupiebat illum profectò, Assyriorum rex, q; ita regno se eius potiri posse putaret: obire. Dominus autem ad Esaiam, anteq; egrederet mediam partē atrii: quid? Reuertere, inquit: & dic Ezechiæ duci populi mei. Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui. Audiui orationē tuam: vidi lachrymas tuas: & ecce sanaui te. Die tertio ascendes templum domini: & addam diebus tuis, quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorū liberabo te. Nō enim esse mihi ociosum videt hoc, quòd adiecit: de manu regis Assyriorum liberabo te. Nā, cùm nihil ille, nisi, obsecro domine, memento quęso, qūo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & qd' placitum est coram te, fecerim: dixisse legat: fletu'q; illo magno, quē fleuit, corporis tantùm mortem, quā imminere intelligebat, differri optasse putandus sit: ac, nisi voti compos fieret, de manu regis Assyriorum liberari nō indigeret: quippe cui mortuo Assyriorū rex nocere non poterat: hoc, qd' adiecit: De manu regis Assyriorum liberabo te: eò mihi referri videtur: vt, quando eius regno Assyriorum rex inhians, obire illum cupiebat: eosdem hos quindecim annos, Ezechię quidē

ad pœnitudinem & sobolem procreandam, vt esset de stirpe Dauid, ex quo Christus nasceretur: Assyriorum aũt regi ad vltionem datos, sciremus. Quo-circa, q̃q̃ hi, quibus, viuẽtibus adhuc nobis, nostra cõmittunt sacerdotia: nobis mortem optent: perturbari ob eam rem nos, tàm ridiculum est: q̃ si loco in altissimo positos quis in infimo manens, vnde ne sagitta quidẽ, quæ ad nos vsq; ferretur, iaci posset: ense nos, cominùs aggredi vellet: cùm prę sertim hæc ipsa eorum voluntas, Dei nutu, interdũ & illis noceat: & nobis idẽtidem prosit. Sunt verò non pauca, quæ, honorem ẽt solum, aut diuitias inspectantibus, molestiam auferant eam, quæ, cùm, viuentibus adhuc nobis, nostra distribuunt sacerdotia, oriri solet. Nam & honor, vt cæteris esse maximus videatur: his certè, qui eo aliquádiu affecti sunt: consuetudine longa fact⁹ est vilis: atq; ità vilis: vt nihilo eos magis oblectet q̃ honorent: q̃ abiectissimum quẽq; plebeiæ seruilis'ue cõditionis hominẽ contristet, q̃ cõtemptui sit. Et diuitiæ non possessione, sed vsu delectant. Vsus autem & moderatus paucis minimis'q;, naturam esse contentã docet. Et q modum excedit: vt naturæ noceat nihil: multas, maximas'q; diuitias prodigit. ac esse apud nos neutrum diutiùs potest. Siquidem, vt q̃ diutissimè teneatur: cum vita corporis, vtrumq; relinquendum est. Quod autẽ istinc auferre non

possumus:id alienum esse,non nostrum,manifestum est.cùm porrò q̃d nostrum non est, alii datur:nihil nos quidē amittimus.licet ille fortasse plus aliquid habeat. Vnde prophæta, ad eos,qui nunc inopia laborant, & contemptui sunt,subleuandos,contra'q; diuitum,& honoratorum superbiā deprimendā,Ne timueris,inquit,cùm diues factus fuerit homo:& cū multiplicata fuit gloria domus eius,quoniā cū interierit,non sumet oia:neq; descendet cum eo gloria eius.Nam illud,qd' in Ecclesiaste dicit':Vbi multæ sunt opes:multi & qui cōmedunt eas:Et rursùs:Quid ꝓdest possessori: nisi q cernit diuitias oculis suis?Et iterùm:Diuitiæ cōseruatæ in malum domini sui:pereunt.n.in afflictione pessima:Et paulò pòst:Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ:sic reuertet':& nihil anferet secum de labore suo:& alia hoc genus in-numera,facilè quēuis possunt adducere:vt eas etiam vltrò despiciat:quēadmodum docet Prophæta:Diuitiæ si affluant:nolite cor apponere:nedum de ablatis dolere sinit. Id autem, quod in eodem Ecclesiaste legitur:Interdū dominatur homo homini in malū suum:Et rursùs:Est malum,qd' vidi sub sole:quasi per errorem egrediens a facie principis,positum stultum in dignitate sublimi,&diuites sedere deorsùm:Et iterùm:Vidi seruos in equis:& principes ambulantes super terram quasi seruos:Hęc

& alia huiuscemodi plurima, quẽ non terreãt? quem nõ exanimẽt? quem nõ ad honoris cõtemptum inducant? quem nõ compellant, dignitates, imperia, & dominationes relinquere? quẽ non vel solus Prophęta conturbet, dũ ait: Homo, cũ in honore esset: non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis? Et parùm infrà: Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos? Et rursùm: Vsq; in æternum non videbit lumen? Hæccine igitur sunt illa, propter quæ, si aliis, dum adhuc viuimus, dentur: molestiam patimur? Hæccine sunt, quæ perdere tam grandè dispẽdium est? Pereat potiùs quicquid vbiq; honoris & opum terrenarum est. Nos ista, etiam si oneris haberent nihil: bona falsa, tanti non facimus: vt cũ eis vera mala tot tantaq; non sustinere, iniuriã arbitremur. His igitur rationibus, velut armis quibusdam instructi, habebimus vnde hosti antiquo, quàcunq; per eos, quos suprà memorauimus, cõsanguineos, affines, amicos, seruos, ancillas, necessarios, domesticos, prĩcipes: in nos impetũ faciat: imperterriti resistamus: et rerum tẽporalium occupationes, terrænas curas, auariciæ studia, desideria Mãmonæ, vno velut ingentis desuper molis impulsu pariter obruamus: vt cum Maria sorore Mosis cantare possimus domino. Gloriosè.n. magnificatus est: Et cum prophæta Dauid dicere: Persequar

inimicos meos: & comprehēdam illos: & nō conuertar, donec deficiant: Confringam illos: nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos: Et cum apostolo Paulo Deo gratias agere: qui semper triumphat nos in Christo Iesu. De insidiis, quibus aduersùs morientem instruit se hostis antiquus: de'q; his rebus, quas cōtra singulas quasq; illarū sibi præparare debeat Christianus homo, hactenùs dictum sit. De amicis, qui, cùm reliqua vita, tū eo in primis quo moritur tempore, maximè vnicuiq; necessarii sunt: deinceps dicetur.

DE RATIONE BENE MOR. LIB. III.

Inter infideles atq; fideles, rursúsq; carnales & spirituales amicos, plurimùm interesse: & illos quidem morienti maximo esse impedimēto: hos autem adiumento maximo: ac infidelium castigatio quædam. CAP. I.

T QVONIAM per amicos ēt impetum in nos facere antiquū hostem, paulò antè docuimus: & consanguineos, affines, necessarios, atq; domesticos, amicos esse quosdam, negare nō possumus: seruos quoq;, & ancillas, & principes, hòc ipso quò homines sunt, inter amicos collocari solere, nō ignoramus: benè (arbitror) erit: si differētias amicorū aliquas explicemus,

anteq̃ quid ab amicis agi velimus, dicere aggrediamur: de quibus, hoc libro verba sumus facturi. Nam, sicut ignem ventus accendit, & vẽtus extinguit: & hominem ignis calefacit: & ignis exurit: sic nos cũ tota vita, tùm verò, mortis tempore, amici adiuuãt, & amici oppugnãt: & quidam fouent: quidã malè afficiunt. Quod pulchrè in eo libro, qui ecclesiasticus dicit̃, demonstratum est: vbi differentias huiuscemodi explicans ait. Est amicus, secundũ tp̃s suum: & non permanebit in die tribulationis. Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam; & est amicus, qui odium & rixam & conuitia nudabit. Et est amicus socius mensæ: & non permanebit in die necessitatis. Et paulò pòst, Amicus, inquit, fidelis, protectio fortis, qui autẽ inuenit illum: inuenit thesaurũ. Amico fideli nulla est cõparatio: & non est digna põderatio auri, & argenti, ꝯtra bonitatẽ fidei illius. Amicus fidelis, medicamentũ vitę, & ĩmortalitatis: & q metuunt dominum: inueniẽt illum. Ex quibus, duo esse colligimus amicorũ genera: alterum, qđ protegit: ditat: ad vitã, & ĩmortalitatẽ inuitat: alterum verò, qđ fugit: ad inimicitias conuertitur: denudat: & non amicoꝝ, sed mensæ adheret. Qui sunt igitur illi, de quibus superiore libro tractauimus; Nempè hi, qui ob suam ipsorum, vel vtilitatem vel voluptatem amant: quos velut iacula quædam, ad vulnerandos

nos

nos acuit hostis antiquus. Qui rursus illi ; de quibus hoc libro dicemus? Hi haud dubium: qui bona nobis, nostra causa volũt: quibus ad sananda peccatorum vulnera, tanq̃ vitæ, ac immortalitatis medicamẽto quodam, possumus vti. Et hi verè fideles dicuntur. Nam alii (quoniam, suæ ipsorũ vtilitatis, aut voluptatis amici cùm sint, nostros se amicos esse mentiũtur) verè fideles non sunt. Quia verò manifestum est: ex anima & corpore vnumquẽq; nostrũ constare: & bona nobis nostra cã velle videri possunt, tam qui corpori, q̃ qui animæ nostræ bona volunt: corporis, quod ferè carneũ est, amicos, carnales: animæ autẽ, quæ spiritus quidam est: spirituales possumus appellare: & illos (certum est enim, carnem aduersùs spiritum cõcupiscere) cum infidelibus, hos cum fidelibus collocare. Nàm, si bona se nobis nostra causa velle affirment: illi quidem, aut falluntur: aut fallũt: Falluntur, cùm bona corporis ad animę bona semper attinere existimant: fallunt, cũ scientes, carnem concupiscere aduersùs spiritum, bona se nobis velle dicũt, qui ea inimico potiùs nostro, quæ caro nr̃a est, volunt: hi verò neq; falluntur, neq; fallunt. siquidem bona nobis animæ velle, q̃diu hic viuimus: eius, quę potissima in vno-quoq; nr̃m iudicatur, partis bona velle: cùm verò ad resurrectionis diem venerimus: etiam eius, quę minùs bona erat, bona voluisse

eſt:quia,reddita corpori anima,ſuā vtraq;(corpus dico & anima) beatitudinē habitura ſunt. Docet autem nos etiam ipſa(ni fallor) natura, quos mortis tempore amicos fugere,quos aduocare oporteat. Cùm enim de carnis morte agitur, quæ nec vitari vllo modo poteſt : quia ea lege nati ſunt omnes,vt moriátur: neq; differri: quia conſtituti ſunt vnicuiq; noſtrum termini, qui præteriri non poterunt : exiſtimo,q; amicis carnalibus morienti opus non eſt. Exibit enim (vt ait propheta) ſpiritus eius: & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. cùm porrò animæ ab illa pendêre mors ſoleat: quę vitari quidem amicorum diligentia poteſt : ſed,ſi vitata non eſt,ad maximum terribilium ducit: ſpiritualibus amicis,vt poſſit vitari,ſi vnquàm fuit, tunc certè maximè opus eſt. Et ob eá puto rem potiſſimū dicitur. Amicus fidelis medicamentum vitę,& immortalitatis: & qui metuunt dominum: inuenient illum. Si enim vitæ corporis amicum fidelem adiumento eſſe,intelligi noluiſſet:non addidiſſet: imortalitatis: quæ vitæ corporis niſi per animæ vitam euenire nō poteſt:neq; rurſus addidiſſet. Qui metuunt dominum : inuenient illum. Conſtat enim,multos, qui dominum nō metuerent,amicos, hoc genus plurimos inueniſſe. Cùm itaq; de animæ vita intelligat:quam nemo aſſequi poteſt,

qui non metuat dominũ: quiſquis in tali tan-
toq́ꝫ diſcrimine amicum fidelem inuenire non
potuit: non metuit dominum: qui verò inue-
nit: metuit. Et initium quidem ſapientiæ, eſt ti-
mor domini, donec eo à charitate foràs miſ-
ſo, alius item timor domini ſanctus introëat:
qui (ſicut propheta eſt author) permanet in ſe-
culum ſeculi. Perbeati autẽ mihi eſſe viden-
tur hi, quibus in ſanctè, ac religioſè viuentium
monaſteriis, morte nõ ſubita mori contingit.
Habent enim quęcũꝗ ad leuandos mortis do-
lores haberi poſſunt: ac de iis, quæ ad animæ
vitam pertinent, idẽtidem cogitare ſinuntur:
immò verò admonentur, adiuuantur, cogun-
tur. Quibus autem mori ſic non contingit: ſi &
à quibus carnaliter amantur: & quæ ipſi car-
naliter amant, amauerunt'ue: ea mittere foràs
poſſunt: ac duos, tres'ue ſecum ſpirituales ami-
cos, & in his pręſbyterum ad minus vnum ha-
bere: proximas in eiuſmodi beatitudine par-
tes tribuerim. Væ nãꝗ ſoli: quia, cùm cecide-
rit: non habebit ſubleuantem ſe. Væ multò
magis carnalium amicorũ turba ſtipato: quia
cùm ceciderit: non ſolùm non habebit ſuble-
uantem ſe: verùm etiam à plurimis comprime-
tur. Amicitia quippe huius mundi inimica eſt
Dei: Quia eorũ, quæ carnaliter amaſſe nos ſci-
mus: vel deſiderio, vel aſpectu, multò magis
autem lachrymis, ſtringi animus conſueuit, vt

inuitus relinquat, quæ plurimi quōdam fecisse se meminit: & quos propter se conspicatur lugere: eorum tanq̃ paulò pòst hinc recessurus, subinde desiderio cōmouetur. quod ei, qui in domino cupiat mori, maximū afferre solet impedimentum: dicente domino. Qui diligit patrem, aut matrem super me: nō est me dignus: & qui diligit filium aut filiam super me: non est me dignus: & qui non accipit crucē suam: & sequitur me: nō est me dignus. Illi etiam, qui nos carnaliter amant: quanq̃ à nobis fortasse carnaliter nō amentur: magno nobis impedimento sunt. Non enim quæ Dei sunt sapiunt: nec quæ ad alteram pertinent vitam, cogitare nos sinunt: sed dum hoc, illud'ue manducari, aut bibi suadent: dū extremas corporis partes fouere, & calefacere studēt: dum eos, qui de morte quippiam dicunt, pati non possunt: sed benè de salute sperare, etiam si ipsi nil sperant, hortantur: dum iocis, & scurrilibus interdum uerbis moriēti risum mouere conantur: dum postremò in fletum, & fœmineum ipsi ullulatum erumpunt: ęgram infirmi mentem inquietant, angunt, impediunt, distrahunt: & de eo, in quo uersatur, periculo tam diu cogitare nil sinunt: donec ad eū redacta sit locum: ut, etiam si permittatur, non possit. At non abs te talia præstolabatur amicus tuus: neq; blanditiis, & compositis ad consolandū uerbis de-

ceptum iri se iudicabat: ut in maximo periculo constitutus, abs te insuper circũueniretur: & non ante suum discrimen permitteretur, q̃ in illud absq; ullo remedio deuenisset. Hæccine est ergo illa beneuolentia, qua erga se esse te olim putauit? Hæccine illa amicitia, quam inter vos mutuam cõsuetudo longa connexuit? Hæccine charitas, qua proximum tuum sicut te ipsum & dilexisti, & diligis? Quid (rogo) amplius faceret inimicus? Quid faceret, qui illum perpetuò perditum cuperet? Quid, qui iustissimas aduersùs eum inimicitię causas habuisset? Equidem dici audiui: medicũ misericordem in causa esse vt vermibus scateat plaga: crudelem verò curare perbellè. Ob eam'q; rem constat, & illius misericordiam omni crudelitate, & crudelitatem huius omni esse misericordia meliorem. Non est, non est, inquã, hæc amicitia: sed inimicitia: non beneuolentia: sed odiũ: non charitas: sed inuidia. Quę blandiméta appellas: insidię sunt. Quas consolationes vocas, doli. quam bonam valetudinis recuperandæ spem nominas: certus animæ interitus est. Proinde, si odisti: amare ne simula: si amas: quæ amici sunt age: neq; duplici te sorde cõmacula: altera inimicitiarum, mẽdacii altera. Minùs peccaret, qui apertè inimicum se diceret. Cui bonę valetudinis, & vitæ huius nulla est spes: is de alia vita cogitare compellitur. Nõ potest

enim homo velle non esse: & qui se hìc nulla ratione, esse posse intelligit: de loco iam, quó sibi migrandum est, cogitat. Nec, si plura sunt loca: & ad eorum vnum necesse est ire: in tormentorum potiùs, q̃ in beatitudinis locú (modò eligendi ius habeat) ibit. Habet autem ius eligendi, quẽcunq; admissorum in Dei legem pœnitet veré: & eum verè pœnitet: qui & moriturum, & ante scientis omnia iudicis tribunal ducendum se nouit: quem ad misericordiam sicut tunc nulla rõne flecti posse, ita nunc nulla ratione nõ flecti posse, intelligit: vsqueadeò: vt vna persæpè lachrymula, maximas quasq; culpas, & culparum supplicia infinita, remittere cõsueuerit. Miserator quippe est, & misericors dominus, longanimis, & multùm misericors. De cuius misericordia, quisquis dicere aggrediatur: tanta dicat oportet: q̃ta, & de ipso Deo. nihil est quippe aliud misericordia eius, q̃ ipse, cuius misericordia est. Quãobrem non tales, non quęso, tales sint, qui amici aut sunt, aut credi volunt: sed verum, quod vnicuiq;, præcipuè autem amicis debetur, dicant: vel, si dicere non sustinent, abeant: & illis dent locum, qui dicere parati sunt: vt ne, cùm boni nil faciant: tum eorum, qui essent facturi, occupent locum.

Quid à spiritualibus amicis circa confessionem, testamentum, rei familiaris curam, amico-

rum carnalium eiectionem,cõmunionem,vnctionem extremam, spei recuperandę valetudinis adéptionem,agi oporteat.

CAP. II.

NVNC ad spirituales amicos, quorum in tanto discrimine per-quam necessaria bonitas est: nostra se flectat oratio. Vt enim in acie contra hostes instructa, sic & in hominis Christiani morte,cùm de anima contentio est: suũ quisq; officium sciat,oportet. Atq; in bello quidem, sæpè pro loci, uel temporis, aut inopinatæ alicuius rei occasione,nouum repentè consilium, ineundum est: alioquin in supremũ discrimen rerum summa deducit. In hoc aũt nostro certamine tantò magis:quãtò & astutiorẽ,& callidiorẽ, & magis uersipellẽ, sumus aduersariũ habituri:qui nõ uiribus cõfidens,sed dolis,nullum aliqñ uicit,nisi volentẽ. Velle aũt facit: dũ dicit,malũ bonum,vel bonũ malũ: dũ transfigurat se in angelũ lucis:& pro fide,sine qua impossibile est placere Deo:perfidiã suadet: dũ iudicis, vel talẽ esse iustitiam prædicat,ut nullus apud eũ sit penitùs misericordiæ locus: vel cõtrà,misericordiã talem: vt iustitiæ nullus:dum mortis doloribus, & periculis inferni circundato, dolores alios adiicit: sicut scriptum est: Quoniam,quem tu percussisti,persecuti sunt:

& super dolorem vulnerum meorum addide-runt: dum fortiter repugnantem ad se facit re-dire: &, q̃ contra omnia firmus atq; immobilis sit, cogitare: vt qui nihil habet, quod non acce-perit, quasi tamen non acceperit, glorief: Dum temporalium subinde rerum cogitationẽ in-gerit: vt de quibuscunq; aliis rebus magis, q̃ de seipso solicitus sit: dum alia deniq; eiusmodi facit, quæ deceptum fraudibus animum, vt vin ci velit, inducant. Non enim ignoramus astu-tias eius: neq; sine causa scriptum putamus: q̄ serpens callidior erat cũctis animantibus. Con tra huius itaq; dolos quid priùs, q̄d posteriùs fieri necesse sit, ipsi decernent: & quia celeriùs interdum, q̃ putabatur, mors aduenit: ĩterdum verò non aduenit quidem: sed facultatem lo-quendi, vel vsum aufert ratiõis: quicquid opti-mum factu putauerunt, facient. Nam, si loquen-di nondum facultatem amiserit: curabunt, vt quæ in longinquo præceptorum genere, sa-nos atq; incolumes agere oportere docuimus: si nondũ acta sunt, agat. Peccata, quæ in Deum commisit, vel proximum: fateatur: Amaro pro-pterea animo sit: satisfaciat: vel satisfacere (si su-peruixerit) spondeat. Extra communionem si ob suum aliquod facinus est: Ecclesię se iussis, si conualuerit, obtẽperaturum promittat. Pec-catũ si quod-piã perpetrauit: cuius ad summũ pontificẽ, vel suæ ciuitatis ep̄m, aut certè alium

aliquē, pertineat absolutio: pro illius se libito, satisfacturum, si valitudinem recuperauerit, obliget. Habeat pro his omnibus, quibus cōmaculatū se meminit: quē in eum vsq; diem fortassis verum non habuit, voluntarium dolorē. Agūt quippe pœnitentię signa, complures, quos verè nō pœnitet. At eum nō mortis, aut infernorū suppliciorū metu pœniteat, sed dei: quē tot tātisq; beneficiis affectus, quotidie ingratissimus oīum mortalium tam nefariè lædere nō est veritus: amore, ac tp̄is breuitatē doloris magnitudine cōpensare contendat: atq; (vt semel dicā, (non.n. eādem repetere ocium est) si pater familias, aut hoc genus aliquid fuerit: curent, vt domui suę disponat. Hoc.n. in Ezechia rege Iuda prophetam Esaiam legimus obseruasse: præsertim cū ea ex re (si conualuerit) detrimenti nihil, sin mortuus fuerit, ipse, aliiq; vtilitatis plurimū consecuturi sint. Creditoribus satisfaciat. Debitorū rationes, vt ne qua post eius mortem īter eos, heredes'ue suos controuersia oriat̄: dilucidè, atq; apertè describat: & quæ loco moueri pn̄t: de his, si sic necesse fuerit, tabellionis manu, adhibitis testibus, monumentū aliqd' fieri iubeat: testm̄ faciat: de sepultura, deq; aliis statuat: quibus oībus, ut ita fiāt: ex oī amicorum, aut cōsanguineorū numero duos, plures'ue bonos & graues uiros præficiat. Nā quæ pauperibus, aut ecclesiis legare statuerit: meliùs multò

est:ut ipse,dum adhuc uiuit,tribuat:quò & acceptior Deo sit eius uolũtas:si tunc tribuit, cũ his,quę tribuit,uti frui adhuc posset,si uellet:& hr̃dũ uel improbitati,uel negligẽtiæ minor relinquat͏̃ occasio. Si quis uerò,aliter maluerit facere:huic,quominùs qcqd uult,faciat nõ resistimus:cõmonitũ tñ uolumus:nõ futuros maiore in legatis p̃standis fide ac diligẽtia, hr̃des,q̃ ipsemet:ẽt si fratres,ẽt si filii,ẽt si uxor sit illa. Nã allata iampridẽ ab officio funeris prouerbia istud facilè docere possunt. Fortunatos filios:quorũ in inferno sit pr̃. Et dolorẽ de morte coniugis,dolorẽ cubiti esse. His ita gestis,cõsanguinei,affines,amici,& qcqd aut ip̃m amauit,aut ab eo amatũ fuit carnaliter:foras mittãtur : foras in-q̃ mittant͏̃. S:.n.sua cuius'q; caro, aduersus spiritũ concupiscit:& ita concupiscit: vt non quæcũq; uult faciat:qd putas faciet aliena:quæ spũm illius,vt nõ(qđ in multis cõpertum est)oderit,certè diligit minùs,q̃ sua? Sed & amicorũ spiritualiũ turbã in loco aut nullã esse,aut maximè tacitã,atq; ordinatã cupierim. * Distrahi quippe ad plurimorũ aspectum, multò aũt magis,verba , & in-compositos motus, cogitatio solet:neq; de his solis tractare p̃mitti,quæ tractato est opus. Porrò, eiectis carnalibus,& spũalium amicorũ turba vel nõ admissa,uel silentio in numerũ collocata,introeat necesse est,qui ei pro uiatico corporis Dei & ho-

minis Christi Iesu sacramentum porrigat: ut, quoniam dominus ait: Qui mãducat meã carnem: & bibit meum sanguinem: in me manet & ego in eo: princeps mundi huius, ad eum ueniens, ac in illo manere iam uidens, in quo sui nihil inuenit, discedat: & utrũq; auferre non ualens, quia in eorũ altero non habet quicq̃: nec ab altero, alterũ separare, qa in Christo maneat; & Christus in eo; vtrũq; dimittat. Mãducet autem illud ore: sed ita: ut fide priùs manducet. Alioquin manducare indignè, & iudicium se sibi mãducare intelligat. Qui.n. mãducat & bibit indignè: iudiciũ sibi mãducat, & bibit. Hoc genus cibũ suis iccircò dñs dedit: ut ne, si ieiunos eos dimittat: in uia deficiãt. Grandis.n. eis restat via: & multò (puto) grandior, q̃ Heliæ: cũ ad montẽ Dei Oreb ambulaturus, quem sub iunipero repit, subcineritium panem comedit. Hoc ubi ritè peregerit: & nulla iam reliqua ualetudinis recuperandæ spes fuerit: ea se unctione liniri exposcat, cui supremæ est nomẽ: ut leuium ẽt peccatorũ ueniã consecutus, pulcher & nitidus migret a' carcere in libertatem, a' tenebris ad lucẽ, a' lachrymarũ valle ad gaudium sempiternum, a' morte ad vitam, a' terra ad cœlum, a' miseriis ad felicitatẽ, ab hominibus ad consortiũ angelorũ, a' creaturis ad rerũ oĩum creatorem. Et in his quidẽ, qui ab ecclesia institutus est, ritus seruabitur. Ipse verò, quantũ per

valitudinẽ poterit, si earũ rerum ignarus non est: tanq̃ vnũ se astantibus exhibebit, dicens, rñdens'ue singulis: quem-ad-modũ ea in re fieri solet. quòd si ea eruditione non est: aut quò minùs hæc agat, valitudine impeditur: orabit spiritu: orabit & mente. Tùm verò subtrahatur ei spes omnis valitudinis recupandę. si.n. nullo genere fieri posse vt euadat, crediderit: primũ omnium, cætera, quasi quæ ad se nihil ptineãt, facilè a-spernabitur: deinde, qđ necessarium intellexerit, rõne faciet volũtarium: postremò, obfirmato in ea re animo, ẽt si certus vitę spõsor accedat, mori potiùs volet: & cum Paulo apostolo dicet. Dissolui & esse cum Christo, multò magis melius est. Nam, vt ne mortẽ supra q̃ ęquum est metuat, miseriarũ huius vitæ, ac futuræ beatitudinis cogitatio faciet. Nemo est.n. (vt puto) qui non & in multis aliquãdo miseriis fuerit: &, quia nihil ferme aliud afferre vita hæc solet: fore se quoq; formidet. Futuræ autem vitæ beatitudo tum sempiterna est, tum verò tanta, quantam ne cogitare quidẽ humanũ ingenium possit. Siquidem oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum. Qui vult ergo, & ab illis eripi, & ad istam pduci: moriat̃, necesse est: moriatur autem libenter. Alioquin quomó fieri eorũ cõpos merebitur, ad quę inuitus accedit? Et quidẽ, si tãti esset cor-

pus,quãti est anima:qui solam corporis mortẽ subiret:dimidiatã sui totius mortẽ subiret. Cùm verò minoris sit multò:atq; ob eam rem tantò minùs dimidiatã subeat,q̃tò pluris est rõnis particeps anima, quæ ad similitudinẽ Dei est facta,q̃ perturbationũ & corruptionis plenum hoc corpus,qđ cum peccatoribus cõmune est nobis:minimũ doleat necesse est. Præterea,cùm sciat,oẽs omninò mori:& ab hac lege ne Dei quidem filium secundũ carnẽ, exceptũ fuisse:quod mutari non põt,id libenter ferre, benè instituti ingenii est. Quæ cũ ita se hẽant: tantũ abest vt molestos esse existimen, qui valitudinis recuperandę spem subtrahunt:vti gratias eis haberi,atq; agi,&(quẽadmodum libro Regum secũdo legit̃)mercedem dari oportere pro nuncio,putem. Quia tñ fieri solet,vt interdum,cùm id qđ dicitur non displicet,dicendi modus odiosus sit: benè (arbitror) erit,vt,q hanc suscepere prouinciam:sic nullam esse illi reliqua ualitudinis,aut vitę huius spẽ moneãt: vt ea ex re ei gratulandum esse iudicent:sibi verò,q; digni habiti non sunt,qui simul migrarent,dolendum. Iturus est.n.vbi,non per speculum in ęnygmate,sed facie ad faciẽ,&sicuti est, Deus videbitur:iturus vbi qđ est ex parte,euacuabitur,& qđ perfectum,veniet:iturus vbi fidei certitudo succedet:res spei:charitas autem, quæ hìc haberi perfecta nõ potest:habebit̃ pfe-

ctissima:iturus vbi quiescit a'laboribus:& suos cuius'q; authores opera subsequuntur: Iturus vbi in secula seculorum laudabitur Deus:&torrente voluptatis diuinæ vnusquis'q; potabitur: Iturus,vbi neq; satietate desiderium fraudabitur:neq; in ea rursùs fastidium sentietur: quinimò desiderium augebitur:Iturus,vbi pax Dei, quę exuperat omnem sensum: intelligentiam vniuscuius'q; custodiet:vbi deniq; omne bonũ habebitur,& nullum contrà sentietur malum. Quòd si pp unũ aliqđ horum gratulandũ cuilibet foret maiorem in modũ: quantò magis gratulandũ est,propter omnia? Quãquàm ipsi quidẽ omnia complexi non sumus: quinimò nec minimã(puto)eorum partem,quæ ibi cumulatissimè habiturus est.vt regnum: de quo in Euangelio dominus ait: Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a'constitutione mundi:Vt dulcedo: de qua dicitur per Prophetam: Qua'm magna multitudo dulcedinis tuę,domine: quam abscondisti timentibus te!perfecisti eis,qui sperant in te:in conspectu filiorum hominum:Vt voluptas:de qua per eundem Prophetam: Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos:vt deniq; alia plurima. Nam (sicuti suprà diximus)oculus non uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit,quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum. Gra-

tulandum est igitur illi, qui de tot tantisq; huius uitæ malis ad tot tantaq; alterius vitę bona proficiscitur: & timendum, ne, morte tardiùs ueniente, diutiùs hic moram trahere compellatur. Quantum & enim interuenerit moræ, tantum de beatitudinis diuturnitate, subtrahatur oportet.

De interrogationibus, documentis, minis, & precibus, quibus à spiritualibus amicis adiuuandus est ille, qui morit. Cap. III.

CVM itaq; sic ei præsentis uitę spem omnem ademerint, ut q non si mul ipsi morituri sint, & dolere se dicāt: & reuera doleant: eumq; alterius uitę desiderio inflamatum, ad hoc redigerint: ut, qui paulò antè mori timuerat: nūc iam timeat non mori: quò magis de hominis salute sint certi: &, si qd intra mentis penetralia, & animi (quę in unoquoq; multę sunt:) latebras minùs bonū, minùsq; ordinatū latet, educāt: iterroget necesse est illū, q inter eos sacerdos est, ꝑut in sequentibus ostendemus. Facienda sunt autē hæc priùsq̄ loquēdi facultate, & rōnis vsu priuetur: Q d si loquendi tm̄ facultate priuatus, vsum adhuc habeat rationis: facienda sunt hęc nihilominùs: & nutibus expectanda rñsio. Nā, si nutibus, & manuum quodā motu, interdum verò, vbi difficilius aut vehemētius aliquid exprimendū fuerit, etiā voce in vlulantis morem

* emiſſa,muti quicquid volunt,ſignificant: ſignificare & ipſe profectò nutibus poterit: quonã in his,quæ ab ſe perquiruntur,animo ſit: cùm præſertim affirmare,aut negare ſolũ oporteat, qđ vnicuiq;,& notiſſimum eſt,& facillimũ. Et quidẽ,ſi minùs rectè ad ſingula quæq; rñderit: doceri eum oportet:atq;,vbi parũ documenta profecerint:minas etiã addi:iudicis ei aſpectũ terribilem ante oculos poni:ignem æternum, qui paratus eſt diabolo,& angelis eius, qualis quantus'q; eum maneat,declarari:tùm fletum, & ſtridorem dentiũ,tenebraſq; dẽſiſſimas,mœrorem perpetuum,miſerias infinitas, dæmonũ truculentos vultus,ſeruitutẽ miſerimã,obſcuriſſimũ carcerẽ,mortem imortalẽ: omne deniq; malum: & vniuerſa hęc,ſine vlla euadendi ſpe, ſine vllo reſpirationis leuamine,ſine vlla boni cuiuſpiam ad mixtione,niſi reſipiſcat,paſſurũ: vt vel ſic territus, ad ſalutis tramitem redeat. Quoſdam.n.hoc modo ad viam redire cõpulſos non ignoramus. & nihil refert,quò quis pacto ordo ſeruet: dum aliqua ratione ſeruetur. Non me latet hoc loco:ei,qui iam iam'q; moriturus eſt,maximè periculoſum eſſe talia è vicino audire. Solẽt quippe ſalutis auferre ſpem omnem: & tam ſaluari ſine ſpe nemo poteſt, q̃ ſine fide. Sed,cùm illinc quidem, q̄ minùs rectè reſponderit,certiſſimè periturũ intelligam: hinc autem,ut metu ad ſalutis tramitẽ redeat,

ſpei

~~hinc autem, ut metu ad ſalutis tramitē redeat,~~ ſpei aliquantulum habeā: hoc ei, qui ſic ægrotat, remedium adhibendum eſſe, non dubitauerim. Siquidē ait, per Ezechielem, dominus.

Si, dicente me ad impium, morte morieris: nō annūciaueris ei: neq; locutus fueris: vt auertatur a' via ſua impia: & viuat: ipſe ipius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autē eius de manu tua requiram. ſi autem tu annunciaueris impio: & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & a' via ſua impia: ipſe quidem in impietate ſua morietur: tu autem animam tuam liberaſti. Nam, ſeu fiat in eo, quod ſcriptum eſt: Timor domini expellit peccatum: ſcire debeo: q, qui conuerti fecero peccatorem ab errore uiæ ſuæ: ſaluabo animam eius a' morte: ſiue rurſùs illud fiat, qđ alio loco ſcriptum eſt: Impius, cū in profundum venerit peccatorum, cōtemnit: quandoquidem ego officio meo functus fuero: nō erit cur de manu mea quiſpiam ſanguinem eius requirat. Solent autem (ni fallor) etiā corporum medici, hoc obſeruare. Nam cui nullum, quò minùs moriatur, niſi periculoſum remedium eſt: illud ipſum remedium adhibent: &, ſiquidem moriatur: tanq̄ de eo, qui omninò moriturus fuiſſet, minùs dolent: ſin contrà ſanetur: tùm uerò & gaudent, & gratulant maiorem imodum. Hos autem, ſicut uiuos, eccleſia intra ſuorum numerum, nō admitteret: ac per

errorem, vel negligentiam, uel certè metũ, eorum, qui ecclesiæ præsunt, admissos, idétidem tamen foris esse non dubitaret: ita ecclesiastica sepultura indignos, asini sepultura, sepeliri iubet: ac per imprudentiã, vel incuriã, vel timorẽ eorum, qui ecclesiis pręsunt, ecclesiastica sepultura sepultos, in malũ suum, sepultos esse non dubitat. Igitur (vt ad id, unde digressus sum, redeam) qui minùs rectè ad singula quęq; rñderit: si neq; documentis, neq; minis ad primum statim congressum adduci potest, ut in salutis tramitem redeat: non ob id tñ continuò deserendus est: sed nunc hoc, nunc illo remedio diligentissimè pertractandus. Tandiu quippé de salute nullius desperandũ est: q̃diu hic viuitur. Et fieri potest: ut quem unũ, autem aliud remedium non curauit: curent multa: & quẽ multa, semel tantũ adhibita, non curarunt: curent eadem, iterũ atq; iterùm repetita. Non enim uno semper ictu succiditur arbor: ea prę sertim, quæ radices altiùs egit: & multis iã annis induruit. Adiuuandus est etiam precibus, si fortè, quod ipse accipere dignus non est, mereantur amici spũales accipere: aut certè sancti: quorum per eos auxilium imploratur. Multùm enim valet deprecatio iusti assidua: longè autem plùs beatorum, qui cum Deo sunt, ciuium authoritas. Et uix fieri potest: ut quod à plurimis ingenti studio petitur: nõ paulòpòst accipiatur, si non

propter amicitiam, saltem propter perseuerantiæ, eorum, qui petunt, improbitatẽ. Neq; hoc ideò dixerim: q; pro eo, qui ita sit aĩatus: q̃diu in errore persistit, exaudiri quẽpiam posse, existimem: aut quòd sic pro aliquo interpellandum arbitror Deum: ut in errore suo persistẽs, saluetur: (hoc enim ab eo, qui summè iustus est, qs nisi mẽtecaptus petere auderet?) sed qđ extorqueri multorũ orationibus posse non desperem: ut luce veritatis illuminatus, aut auxilio diuino adiutus, aut bonitate Dei gustata; sententiam mutet: errorem corrigat: defleat'q; peccatum: & rectè, uel serò respõdere incipiat. Quòd si nec sic in iustitiæ tramitem redit: & obfirmato in malum suum animo moritur: tùm demùm, quia nihil est amplius, quod in eo agere possint spirituales amici: deserendus: & sepultura asini sepeliendus est.

Quæ amicorum spiritualiũ in eo, qui moritur, adiuuãdo sint partes: Si ex responsione illius, eum ab una earum, quæ superiore libro sunt dictæ, tentationum impugnari deprehenderint. Cap. IIII.

QVO autem pacto docendus, quo'ue adiuandus sit modo, dictu difficillimum est. Neq; enim oẽs aut animæ morbos, aut antiqui hostis insidias intelligimus: cùm ab ea ut plurimũ parte impetum facere soleat, vnde minimè puta-

batur. Et certum est, tàm illos, nisi intelligantur, curari; quàm has, nisi detegãtur, uitari non posse. Vt tamen in his quoq; uelut quandam demonstremus uiam: quoniam superiore libro, quales contra morienté struat insidias, & quid contra, facere debeat Christianus homo, docuimus: non ab re fuerit, earum ordine non mutato, quæ saltem in eis amicorum spiritualium partes existãt, breuiter perdocere: ut, si ab una qualibet earum impugnari eum ex responsione deprehenderit: in prõptu esse possit, quid agant. Et primùm quidem, quæ auxilia, contra singulas quasq; illarum ipsum sibi afferre oportere docuimus: ex eis, ut quidq; optimũ, & impugnationi accõmodatissimum duxerint, ipsi decerpant oportet: ei'q; sumministrent. præ-
* tereà uerò, si perfidia laborare perspexerint: Symbolum ab eis alta voce iterùm atq; iterùm dici inter prima huius mali remedia fuerit: non solùm, quia de eo quilibet faciliùs cogitat, quod pręsente se dicit: & qui de fide sic cogitat, ut in Symbolo dicitur, malè cogitare nõ potest: uerùm etiam quia vel eorũq; qui illud pronunciãt, fide, vel uerborum, quæ audire spiritus imundus non sustinet, potestate, fugere ex eo loco
* inimicus compellitur. Si verò in desperationẽ cadere uiderint: bona ei sua commemorent: & unumquodq;, quantũ sine adulatione, aut mendacio possunt, exaggerantes, benè illum spera-

re compellant: tantũ'q; studeant releuare: quantùm astutia inimici deiectũ aspexerint: uerùm hæc ita: ut non sibi attribuat, sed Deo, quæ fecit: sciens, non esse sufficiẽtes cogitare nos aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed sufficientiam nostram ex Deo esse: & sic operum suorũ mercedem recepturũ se sperans: vt pro gratia, gratiã sibi fieri nouerit. Sed & quæ passus est mala (prę terq̃ si quorum memoria in iram contra eum, qui iniustè intulit forsitan, aut in huiuscemodi aliud excitandus putetur) ei carptim singula enumerent: ut cùm ea Dei iudicio, propter peccata sua, sit passus: (non est enim malũ in ciuitate, quod non fecerit dominus:) nullã, aut certè tantò minorem pro eis luiturũ se pœnam confidat. Siquidem tam ad iustitiam Dei pertinet: eum, qui dignas unius alicuius peccati pœnas dedit: pro eodem denuò non punire: & pro parte punitum, rursùs non punire pro toto: q̃, innocentem, & iustum non interficere. Quòd si mala nulla sit passus: (q̃q̃ quis est, qui de se istud dicere ualeat?) aut minora sit passus, q̃ meruit: condonatum sibi supplicium totum, aut quod minus fuit, existimet, uel propter bonum aliquod opus, quod fecit, uel propter sancti alicuius meritum: qui pro se satisfecit: uel propter liberalitatem iudicis: qui reis misericordiæ ianuam patefecit. Nam (vt Ephesiis scribit Apostolus:) Dei donum est, non ex operi-

bus, vt nequis glorietur. ipsius enim sumus factura. Et tamen, si condonatũ non foret: quantascunq; in hac vita, vel futura subeat pœnas: præ illius, quod aliquando habiturus est, gaudii cõparatione, nihil esse cognoscat. Non sunt enim condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et leuia iudicari oportet, quæcunq; habitura sunt finem. Quanq̃ quòd non condonetur, diffidere, q̃diu uiuit, non debet. Possunt enim, qui pro eo intercedunt, spirituales amici, maxima promereri: Maiora verò haud dubiũ sancti, & sanctæ, chorus'q; ille angelorũ egregius: qui pro singulis quibusq;, die ac nocte, dominum interpellare non desinit: cùm teste domino nostro Iesu Christo gaudiũ sit eis super uno peccatore pœnitentiam agente: q̃ super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Potest & ille, qui à dño ei custos adhibitus peculiarem eius curã suscepit: & ille, quem sanus atq; incolumis uenerari præ cęteris consueuit: qui in suã eum fidem recepit: & ille, cuius sortitus est nomen: & alii plurimi, qui, cõicato consilio, perindè atq; agentes rem suã, pœnam ei omnem deprecari non cessant: quos uix credi fas est à Deo exaudiendos nõ esse: põt & ipse: si ad se rediens, aio, q; sic Deũ offenderit, mœsto sit. Siquidẽ sacrificiũ Deo est spiritus contribulatus: & cor contritũ, & humiliatũ Deus

non despicit. Quòd si ad impatientiā decli-
nare aduerterint: rationibus, exēplis, authorita-
tibus, quàm possunt maximè ad maloꝝ tole-
rantiā animent. Non enim permanere ita diu-
tiùs pñt: sed aut ipse dolorē relinquet: aut do-
lor ipsum: iterea ferat, si exiguus est: quia facilè
fertur: si grauis: quia gloriosè: uideat'q; ut non
tàm durus dici debeat dolor, q̄ ipse mollis. &,
seu multi sunt, qui eiusmodi mala tulerint pa-
tienter: pudeat, unū nō esse ex multis: siue sunt
pauci: hoc ipso speret: se unū esse posse ex pau-
cis. Ponat sibi ante oculos martyrū patientiā:
quomodo distenti sint, non suscipientes redē-
ptionem, ut meliorē inuenirent resurrectionē:
quomodo ludibria, & uerbera experti, insup &
uincula, & carceres: lapidati sint: secti sint: ten-
tati sint: in occisiōe gladii mortui sint: quomo-
do circuierunt in melotis, & in pellibus capri-
nis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus
non erat mundus: in solitudinibus errantes, in
montibus, & in spelūcis, & in cauernis terrę: &
sciat, se ne minimā quidem adhuc eoꝝ maloꝝ
partem pertulisse. Cogitet Christi, capitis mar-
tyrum, alapas, flagella, coronā spineā, crucem,
clauos. Et si ꝑ alienis culpis talia passus est do-
minus: quid pro suis pati debeat seruus, agno-
scat. Meminerit, apostolis à dño dictū fuisse.
In patientia vestra possidebitis aīas vestras. Me-
minerit, Petrum in ep̄la sua scripsisse: Modicū

* nunc si oportet contristari in variis tentationibus: Et Paulū in sua: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: ut ihabitet ī me uirtus Christi: Et Iacobum itidē in sua: Probatio fidei uestræ, patientiā operatur: patientia aūt opus pfectum habet. Quo enim pacto martyriū toleraret, qui corporis ægritudinē tolerare non pōt? Quomodo acciperet crucē suam: & sequeretur Christum: qui ob tantulū doloris obmurmurat? Quomodo animam suā perderet propter Christum: qui ne Christo quidem tradit eam libenter? Porrò, si nimia suarum uirium confi-

* dentia stimulari perpēderint: quid sit, aut quid possit, ei subinde ante oculos ponāt. Commoneant: hominem esse, ignorantię, fragilitatis, & uoluntatis non bonæ plenum: cuius, nisi ꝙ dominus adiuuit eū: paulòminùs in inferno anima habitasset. Nam & ꝙ ab originali peccato per baptismi gratiam ereptus est: & ꝙ per Dei misericordiam suorum sæpiùs peccatorum ueniam habuit: & ꝙ uires ad resistendum diabolo, quātas necesse fuit, accepit: & quòd nō permissus fuerit tentari super id, quod poterat: sed factus etiam sit ei cum tentatione prouentus: omnia hęc Dei dona sunt: Dei beneficia sunt: Dei munera sunt. Sic enim ait, Ephesiis scribens, Apostolus. Gratia estis saluati per fidem: & hoc nō ex uobis: Dei enim donum est: non ex operibus: ut nequis glorieť. Quòd Dei do-

na sunt: dicat cum Apostolo necesse est. Regi seculorũ immortali,& inuisibili,soli Deo honor,& gloria: sibi uerò simul cum Daniele, cõfusio faciei: quia peccauit. Postremò,si,tẽporaliũ rerũ curâ supfluâ premi persenserint: cœlestia ei ante oculos ponant: angelorũ atq; sanctorũ pulcherrimos ac beatissimos spiritus: q̃ multi,q̃ ordinati,q̃ concordes,q̃ oĩ plenitudine bonoꝝ pleni sint, prædicent. Dei uerò mirificam bonitatẽ,& pulchritudinem infinitã,quibus possunt modis,exponant. Non famẽ apud eos esse,non sitim,non somnũ,non æstum, nõ frigus,non lassitudinẽ,non laborem,nõ tarditatẽ,non ignorantiam,non timorẽ, non dolorem,non discordiã,non pudorem, non paupertatem,non ignominiam,non mœrorem, non infirmitatẽ, non mortẽ: sed omnibus affluentem uoluptatibus uitam, & eam honestã atq; perpetuam: de qua cũ cogitaret Propheta: Elegi,dicebat,abiectus esse in domo Dei mei,magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Et rursus. Melior est dies una in atriis tuis sup millia. Et alio loco. Satiabor,cùm apparuerit gloria tua. Quã ante oculos hñs Apl's ad Philippẽses scribebat. Dissolui,& esse cum Christo,multò magis melius est: & quę mihi fuerunt lucra: hæc arbitratus sum pp Christum detrimẽta. Et statim pòst. Existimo,oĩa detrimentũ esse, pp eminẽtem scientiam Iesu Christi domini mei: *

propter quē omnia dettimentum feci,& arbitror ut stercora:ut Christum lucrifaciam. Nam his comparata rerū temporalium quantùm-uis magna possessio;& detrimentū,& stercus esse quoddā videbitur immundū,fœtidum,nihili: qđ ab se auferri,& procùl,ita ut nunq̄ sibi amplius ante oculos ueniat,abiici uolet: nedum illius curâ supfluâ tenebitur. His autem oībus,si spatium fuerit:& cū usu rōnis uisum quoq;,& auditum retineat: adiiciendæ sunt lectiones, Euangelistarū quidem,quæ de morte saluatoris loquuntur:alioꝝ verò sanctorū illę potissimùm,quæ affectuū plenæ,& ad rem accōmodatissimæ videbunt:historiæq; in primis martyrū,aut diuina præcepta. Et ostendēda subinde crucifixi Saluatoris effigies:ut per quos maximè sensus sanus atq; incolumis ad fidē Christianā deuenit:per eos maximè infirmus,& moriens,conseruet,adiuuetur,augeatur. Qđ si horum retinuerit neutrum:tota in amicoꝝ spiritualium precibus auxilii eius spes erit.

Quo pacto interrogari,quid rńdere,quæ p eo,aut cum eo dici oporteat. Cap. V.

NUNC quo pacto interrogari, quid respondere,quæ pro eo,aut cum eo dici oporteat,videamus: ut vitę fini finē pariter operis cōiungamus. Nā hæc,q̄q̄ suo quæq; in loco sparsim poni debere,uoluminis ordo poscebat: satius arbitrati

ſumus colligere,unoq́ꝫ hoc in loco uniuerſa ꝑ ordinẽ collocare:ut ne occupatis,& quidẽ maiorem imodũ,occupationẽ aliam adderemus: ſi diſperſa & longè ab ſe poſita quęrere cogerẽtur.Neqꝫ iſto contenti,diſcolores ex minio titulos ſingulis quibuſqꝫ rebus ſeorſùm poſuimus:uti,eorꝫ more,qui Deũ in eccleſia laudãt: quid,quis dicere,quid rñdere debeat,ſcire,aperto ſtatim codice,uniuerſis liceret:illud bonitate Dei fore ſperantes:ut,qui hæc mente nõ duplici præbere morituris obſequia non contempſerint:& ſibi,& illis inueniant,qđ per Prophetam dñs dicit. Sacrificiũ laudis honorificabit me:Et illic:iter,quo oñdã illi ſalutare Dei.

Interrogationes à ſacerdote illi, qui moritur,anteq̃ loquẽdi aut intelligendi facultatem amittat,faciendæ : & qđ vnicuiqꝫ illarum ipſe lingua,uel nutu debeat reſpondere . ſi religioſus:hęc interrogat.

FRATER,Lætaris,in fide Chriſti mori? ℟.lætor.Interrogat.Gaudes,ꝙ in hoc potiùs habitu,q̃ in alio,moreris?℟.Gaudeo.Interrogat. Fateris,te non tàm benefeciſſe, q̃ debuiſſes?℟. Fateor.Inter. Pœnitet te?℟. Pœnitet.Inter. Vis oĩa,quæ cõmiſiſti mala , & quæ omiſiſti bona,ſi conualueris,qđ tñ tibi optandum non puto:corrigere?℟. Volo.Inter. Credis,ꝑ te mortuum eſſe dominũ Ieſum Chriſtum filiũ dei?℟. Credo.Inter. Agis ei hac de

causa ex toto corde gratias? ℟ Ago. Inter. Credis, te, nisi per mortē eius, saluari non posse? ℟. Credo. Adhortatio. AGE itaq; illi, mi frater, & habe gratias quātas maximas potes: in'q; sola ipsius morte omnen salutis tuæ spem pone. Nihil sit, præter eam, in quo fiduciā habeas. Memento, eū esse iudicem tuū, aduocatū, & testem, quo apud Deū Patrem mediatore, arbitratu tuo poteris uti. nam pro sui corporis mēbro ipse, qui caput est, semp & ubiq; sollicitus, Alapas, Ludibria, Sputa, Flagella, Coronam Spineam, Crucem, Clauos, Arundinem, Aceti Fellis'q; Spōgiam, Mortem postremò, & Lanceā offerens, quod tu peccando cū iustitia Dei contraxisti debitum, priùs ēt, q̄ contraheretur, dissolutum ostendet. Si uerò religiosus non est: interrogat eum hoc modo.

CREDIS, frater, oībus articulis fidei pricipalibus? insuper & toti sacræ scripturæ per oīa, pro sanctorū, catholicorū atq; orthodoxorū sanctæ Matris Ecclesiæ doctorum expositione? ℟. Credo. Interrogat Detestaris omnes hæreses, errores, & superstitiones, ab ecclesia reprobatas? ℟ Detestor. Inter. Lætaris, te in fide Christi: & sanctæ matris Ecclesię unitate, atq; obedientia mori? ℟. Lętor. Inter. Recognoscis, te creatorem tuū sæpè multifariè grauiter offendisse? ℟. Recognosco. Inter. Doles ex animo, q; bonitatem illius, peccata peccatis ad-

dendo,contempseris? ℞. Doleo. Inter. Doles itidem,q͞ quibus uirtutibus eius beneficio praeditus fueras: illis ad tuam ipsius & aliorũ utilitatem,negligenter & perperam usus,multa prętermisisti bõa,quę facere potuisses? ℞. Doleo. Inter. Petis,omniũ tibi ueniam dari? ℞. Peto. Inter. Certũ tibi est,si conualueris,(quod tamẽ optandum non censeo)uniuersa corrigere? ac pro uirili parte,quae impotenter, ignorãter,aut maliciose egisti: in melius emendare? ℞. Certum. Inter. Rogas omnipotẽtem Deum: ut in hac snĩa perseuerandi tibi gratiam tribuat? ℞. Rogo. Interro. Ignoscis ex animo uniuersis, q tibi unquã uerbis,aut factis nocuêre,uel molesti fuere: ut tibi quoq; dñs Iesus,cuius gr̃a istud facis,ignoscat? ℞. Ignosco. Inter. Petis ab uniuersis,quibus tu unq uerbis,aut factis nocuisti, uel molestus fuisti,tibi ueniam dari? ℞. Peto. Inter. Vis quae malè abstulisti oĩa ,etiam si te bonis cedere oporteret: quibus & quãta debes, restituere? ℞. Volo. Inter. Credis,p̄p te mortuũ esse Iesum Christũ: qui nisi mortuus esset, tu saluari nõ posses? ℞. Credo. Inter. Agis ob hanc ei rem ex toto corde gr̃as? ℞. Ago. Mox adhortatur eum ut supra dicens. Age itaq; illi, mi frater,& habe gratias quantas maximas: & quę sequuntur. Ad has interrogationes quisqs ex corde uerbis,aut nutu respõderit: eum ĩter prędestinatos esse,certissimum est. Qui uerò mi-

nùs rectè responderit: docendus: &, quãdo aliter fieri nequit; etiam denunciatione dãnatiõis æternæ terrẽdus est. Mox ad impetrandã Dei misericordiam, & sanctorum pro eo intercessionem, preces fundantur. Oĩo ad Trinitatẽ.

DEVS, Qui, ut ruinam reparares angelicam, hominem ad imaginem & similitudinem tuam fecisti; factumq́ ut stare posset, si uellet: naturę primùm, pòst legis, postremò ẽt gratiæ muneribus confirmasti: adesto supplicationibus nostris: & animæ famuli tui, de hoc seculo migraturę, misericordię tuæ sinum expãde: ut, unde numerus augeri debet in cœlo: inde exultantibus inimicis tuis non augeatur in inferno: qui uiuis & regnas in trinitate perfecta unus Deus per omnia secula seculorum. ℞. Amen. Sequit. Aña. Qui tribulant me inimici mei, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Psal. Vsq; quò, dñe, obliuisceris me in finem totus dicitur cũ Gloria patri. Et repetitur Aña. Oremus.

Oratio ad Deum Patrem.

QVAESVMVS dñe, deus oĩps, Pater domini nostri Iesu Christi, & Deus totius consolationis, potentiam tuam, quã parcendo maximè & miserando manifestas: animę famuli tui infirmæ ac peccatrici oñde: ut quæ miseriarũ est plena: uel nunc esse te patrẽ misericordiarũ intelligat: Per eundẽ ℞. Amen Sequit.

Aña. Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo,consolationes tuæ lętificauerũt animam meam. Psal. Deus ultionum dñs, Totus dicitur cum Gloria patri ; et repetitur Aña.

Oremus. Oratio ad Deum filium.

DOMINE Iesu Christe,cuius & sapiẽtia conditi sumus,& sanguinis effusione redẽpti:insipientis,atq; ingratę huius aiæ preces exaudi:& pręsta:ut te,quẽ & nũc apud patrem nrm esse credimus aduocatũ:& post fore iudicẽ nõ dubitamus:talẽ in pñtia probet, cognoscat,& sentiat:qualẽ eum decet,q̃ ipse sit aduocatus,& iudex:Qui uiuis & regnas cum eodem Deo patre in unitate Spiritus sancti Deus. Per oia secula seculoꝝ. Amẽ. Sequit. Añ. Iudica me Deus:& discerne cãm meã de gente nõ sancta: ab hoie iniquo,& doloso erue me. Psal. ipse totus dicitur cum Gloria patri: & repetitur Aña. Oremus. Oratio ad Spiritũ sanctum.

SPiritus alme,qui,a pře filioq; ꝓcedẽs, septiformis gřæ tuæ dono fideliũ mẽtes firmasti:aiam famuli tui,q̃ minor est q̃dẽ cũctis miserationib⁹ tuis:sed in te tñ sperare nõ desinit:illo nũc igne purifica:quo Apłoꝝ pectora,cũ sup eos in linguis igneis appareres,purificare dignatus es:ut in quo hoie sua maligni spũs opa nũc req̃runt:ad eũ hoiem,tua ꝓcul dona cernẽtes, ꝓpius aduẽtare nõ audeãt:q cũ eodẽ Deo pře & filio uiuis & regnas Deus, per oia secula

seculorũ. ℟. Amé. Sequit. Aña. Exurgat Deus: & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a' facie eius. Psal. ipse totus dicitur cũ Gloria Patri: Et repetitur Aña. Quo facto, imploratur pro eo sanctorũ intercessio: & primò beatę uirginis Marię. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus uentris tui Iesus. Sancta Maria mater dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, (& regna. Oremus.

TV, quę genuisti, natura miráte, genitorẽ tuú: quę sola ex oĩ fœminarum cœtu uirgo esse potuisti, & mater, Maria interueni, obsecro, pro anima famuli tui apud eum, cuius sponsa existis, Deum Patrem: ut esse te aduocatá nostram, eádem'ꝗ aduocati & iudicis nostri matrem, intelligat: & quá Eue nobis culpa induxit maledictionem: tuo iá merito obliteratam, & pro ea benedictionem itroductam agnoscens, multò se ampliùs tuo beneficio recuperasse lætetur, quá eius olim perdiderat maleficio: per eundem Christum dñm nostrum. ℟. Amé. Inuocatio Angelorũ. Aña. Gaudium erit in cœlo coram angelis Dei sup uno peccatore pœnitentiam agente, ꝗ̃ sup nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. ℣. In conspectu angelorũ psallam tibi Deus meus. ℟. Et adorabo ad téplum sanctũ

tuum:

tuũ: & confitebor nomini tuo. Oremus. Orõ.

ANgeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominatiões, Throni, Cherubim, & Seraphim, qbus magnificũ illud prælium cum dracone, & angelis eius prçliãtibus, non præualuerunt: neq; locus inuentus est eorum ampliùs in cœlo: assistite, quæso, aĩæ huic peccatrici, ac miseræ, quã pertrahere ad supplicii sui locũ in contumeliã uestram angeli draconis conantur: tu'q; in primis, optime spiritus, qui ei à dño custos es traditus: defende eam: ut neq; gaudium illud, quod super uno peccatore pœnitentiã agente uobis esse, domino attestante, cognouimus, euanescat: neq; q; aduersum uos præualuerint, uestri nobis unq̃ inimici insultent: per eundem christũ dominum nostrum. ℟. Amen. Inuocatio omnium sanctorum.

Añа. Amen amen dico uobis: siquid petieritis Patrem in nomine meo: dabit uobis. ℣. Lçtamini in domino, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.

CIues Dei excelsi, Pr̃iarchç, Prophetç, Apostoli, Euangelistæ, Martyres, Pontifices, Confessores, Virgines, Viduæ, qui gratia sancti Spiritus animati, uitam ducere in terris meruistis cœlestẽ: & carnẽ spiritui subiugantes, Principatus, ac potestates, mundi rectores tenebrarũ harũ, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus, aduersus quos & uobis tũc erat, & in p̃ntia nobis

est continua colluctatio: gloriosè uicistis: adeste, oro, animæ huic afflictæ, quam rapere de manibus uestris spiritus maligni conantur: ei'q; quantùm apud cōmunem dominum possitis, ostendite: Tu in primis, Beate. N. quem uiuens præcipua deuotione prosequi consueuerat: ut hostes uestri, ac nostri, quos olim, cùm in carne essetis, diuinâ gratiâ roborati uicistis: non se nunc, cùm, & quia in carne ultrà non estis: & quia gratia perfruimini ampliore, plùs posse debetis: aduersùm uos præualuisse exultent: per Christum dominum nrm. ℟. Amen.

Innocatio Saluatoris. Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. ℣. Erraui sicut ouis, quæ periit. ℟. quære seruum tuum: quia mandata tua non sum oblitus. Oremus. Oratio.

DOmine Iesu Christe, cuius nobis benignitas, & humanitas, cùm primū plenitudo tpis uenit, apparuit: nō ex operibus quidē iustitiæ, quę fecimus nos, sed secundū misericordiā tuam saluos nos faciens, per lauacrū regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quē per te Deus Pater in nos effudit abundè: respice ad famulum tuū, qui nūc cū suis inimicis loquēs in porta congredit: & pro quo capi, flagellari, crucifigi, & mori, dignatus es: eū nunc, misericordissime Deus, ut non cōfundatur, defende: cogitationes, locutiones, & opera, quæ vel fe-

cit mala, uel bona non fecit: merito passionis tuæ oblitera: delens quod aduersus eum erat chirographum: & tuæ illud cruci, per quã saluati, & liberati sumus, affigens. Negligentias præterea suas tua, qui, ex quo tempore intra uirginis matris uterum conceptus fuisti, usq; ad extremum mortis tuę momentum, sine querela conuersatus es: diligentia suppleat: ei'q; omnium, qui tibi ab initio mundi placuerunt, bonorum bona opera coniungantur; qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto uiuis & regnas Deus in secula seculorum. ℟. Amen. Sequitur Añt. Ego sum uia, ueritas, & uita: dicit dñs: nemo uenit ad Patrem nisi per me. ℣. Principium uerborum tuorum ueritas. ℟. In æternum oĩa iudicia iustitiæ tuæ. Oremus. Oro.

TV, qui viam esse te, ueritatem, & uitam, dixisti: per quem siquis incesserit, saluabitur: qui non uis mortem peccatorũ: sed ut magis conuertãtur, & uiuant: dimitte, Deus meus, peccata famuli tui, offensiones, & negligẽtias: & quas pro eis dare commeruit pœnas, tuis, qui pro omnibus luere dignatus es, pœnis exsolue: ut in eo saluando neq; misericordia iustitiam minuat: neq; rursus iustitia misericordiã auferat. Memento amoris: memento charitatis, quæ te pro nobis hominem factum, inter nos uiuere, & pro nobis mori coëgit: eum'q; ad pulcherrimum aspectum tuũ, amplexum'q;

amantiſſimum,inter ſuauiſſima oſcula expira-
re cōcede: qui uiuis & regnas cū Deo patre. ℟.
Amē Cōmēdatio aīæ Deo Patri. Aň. Clamās
Ieſus uoce magna,ait: Pater,in manus tuas cō-
mēdo ſpūm meū: Et hoc dicens expirauit. ℣.
In man⁹ tuas,dñe,cōmēdo ſpūm meū. ℟. Re-
demiſti nos,dñe,Deus ỽitatis. Oremus. Oīo.

IN manus tuas, æterne Pater famuli tui, quē Chriſti ſanguine redimere dignatus es,ſpiritum cōmendamus: ut memor & cōmendationis,qua idē Filius tuus in cruce pro nobis pendens,ſuum tibi ſpiritum cōmendauit: & exauditionis,qua tu ſanctiſſimam eius aiam,cùm à ſpecioſiſſimo illo corpore ſepararet: intra charitatis tuæ ſinum ineffabiliter ſuſcepiſti: huius quoq; famuli tui aiam, qui corporis, cuius idē Filius tuus,caput exiſtit: per grām tuam membrum effici meruit: cū à ſuo ſeparabitur corpore: idētidem intra miſericordiæ tuæ ſinū Deus ueritatis excipias: per eūdem dñm ℟. Amen.

Inuocatio beatę Mariæ. Aňt. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℟. Propterea bňdixit te Deus in æternum. Oremus. Oratio.

MAria uirgo benedicta, cuius humilitas & uirginitas tm̄ apud cōmunem deum poſſe promeruit, quantùm & uelle dignatur: per lignum ſanctæ crucis, in qua Filius tuus

dominus noster exaltatus, omnia traxit ad seipsum: & tartarei draconis caput cõtriuit: ostẽde (quæso) famulo tuo formosissimã faciẽ tuã, quam contueri spiritus maligni non audent: eum'q; in hac hora pręcipuè ab omni eo℞ fraude, ab aspectu teterrimo, ab angustia corporis, & animæ liberatũ, ante eiusdem Filii tui thronum constitue: &, quam ipse, de suis operibus mereri non potest ueniam: eam tu tibi, quæ illius etiã mater effici meruisti: donari exposce, per eundem christum dñm nr̃m. Amen. Inuocatio beati Michaelis Archangeli. Añt. Factũ est prælium magnum in cœlo. Michael, & angeli eius præliabantur cũ dracone: & draco pugnabat, & angeli eius: & non ualuerũt: neq; locus inuẽtus est eo℞ ampliùs in cœlo. ℣. Benedicite dño oẽs uirtutes eius. ℟. Ministri eius, qui facitis uoluntatem eius. Oremus. Oratio.

INuictissime Dei nostri pugil, archãgele Michael, assiste oro, animę fratris nr̃i. N. in hoc uitæ mortis'q; confinio trepidanti: ut aduersarius tuus diabolus, qui eam tanq̃ leo rugiens, expectat, ut deuoret: pręsentia tua perterritus fugiat: ipsa'q; a' corporis uinculis absoluta: ad refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem, te ducente, secura introeat, per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Inuocatio alia Saluatoris. Añt. Clamauit Iesus uoce magna, dicẽs. Heli heli, la mazabathani:

hoc est: Deus meus, Deus meus: ut quid dereliquisti me? ℣. Deus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? ℟. Longè a' salute mea, uerba delictorum meorum. Oremus.

Oratio.

PEr ego eam te uocem precor, pientissime Iesu, qua pro nobis inter dolores atq; tormenta moriturus, ut homo, derelictum te a' Deo Patre clamasti: ut miserationis tuæ auxilium hac hora, uel fortè momento, famulo tuo ne subtrahas: tāta est enim ei anxietas animæ, defectio uirium, spiritus agitatio: ut te iam inuocare nec ualeat. Quare, benignissime domine, per trophęum sanctæ crucis, per suppliciorum, quæ pro nobis perpessus es, meritum, per nobilissimum mortis tuæ triumphum, cogita de eo cogitationes pacis, & non afflictionis, cogitationes misericordiæ, & non uindictæ, cogitationes præmii, & non pœnæ: eum'q; ab angustiis liberatum, illis manibus, quas pro nobis in cruce extentas clauis figi durissimis permisisti: suscipe: & in tua domo constitue: qui uiuis & regnas cum eodem Deo Patre. ℟. Amen. Sequitur Antipho. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illic sint mecum: & uideant claritatem meam, quam dedisti mi-

hi, quia dilexisti me, ante constitutionem mundi. ℣. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo. ℟. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. Oremus. Oratio.

FIli Dei, qui, pro nobis moriturus in cruce, tuum in æterni Patris manus spiritum cōmendasti: commendatam tibi humilitatis nostræ ministerio animam famuli tui, intercedente genitrice tua Maria, suscipe: ac per animæ tuæ, per quam saluantur omnes animæ, honorem, ac meritum, a' suppliciis, tormentis, & pœnis ereptam ad iucundissimæ uisionis tuæ gloriam contemplandam admitte: qui cum eodem Deo Patre uiuis & regnas. ℟. Amen.

Tres sequentes orationes post cōmmendationem animæ dicuntur: quando in maxima anxietate uersatur. Dicunt autem hoc modo. Añ. Apparuit autem illi angelus de cœlo confortans eum: & factus in agonia, prolixiùs orabat: & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. S. D. Pater noster. S. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Iuxtà est dominus iis, qui tribulato sunt corde. ℟. Et humiles spiritu saluabit. S. Domine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. S. Dominus uobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

REx meus & Deus meus, qui, cū ante passionem tuā a' discipulis tuis auulsus ora-

res:pauere,& tędere cœpisti: sudorem,qui tibi in agonia oranti,ueluti guttaꝝ sanguinis decurrētis in terram,est factus: in satisfactionem pœnarum,quas pro suorum multitudine peccatorum se famulus tuus hic meruisse formidat:Patri tuo, eidem'ꝗ Patri misericordiarum ostende:ut,quemadmodum tibi tunc angelus de cœlo,qui te cōfortaret,apparuit: eodē modo propter te nunc angelus ad eū bonus mittatur: qui eius animam secundùm multitudinem dolorum eius in corde suo consolationibus tuis lætificet: Qui uiuis & regnas cum eodem Deo patre. ℟. Amen. Añt Cùm ergo accepisset Iesus acetum:dixit: Consūmatum est: & inclinato capite, tradidit spiritum. S. Pater noster. S Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Dederunt in escam meam fel. ℟. Et in siti mea potauerunt me aceto. S. Domine,exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat, S. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus meus,redemptor meus, qui pro nobis in cruce mori dignatus, quod aduersus nos erat chirographum in ea fixisti: dolores, quęsumus,& molestias, quas nostra causa passus es,ea potissimum hora,qua inclinato capite spiritum emisisti:Deo Patri tuo,Patri misericordiarum ostēde: & pro pœnis, quas propter peccata sua famulus tuus hic meruisse se

metuit,offer:ut iustè simul,ac misericorditer liberatus,misericordiā & iudicium tibi cum propheta sancto decantet:qui uiuis & regnas cum eodē Deo patre. ℟. Amen. Aña, Remittuntur ei peccata multa:quoniā dilexit multùm. Cui aūt minus dimittitur:min⁹ diligit. ℣. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Beati, quorū remissæ sunt iniquitates. ℟. Et quorū tecta sunt peccata. ℣. Dñe,exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. ℣. Dñs uobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine amor meus,Saluator meus, qui per prophetā dixisti:In charitate ꝑpetua dilexi te:ideò attraxi te:miserans: charitatem, quæ te de cœlo in terram ad tolleranda corporis mala,& de terra in infernū ad eruendos de tenebris & umbra mortis seruos tuos attraxit: pro pœnis,quas famulus tuus hic dare meruisse se timet:Deo patri tuo, patri misericordiarū, expone:ut imꝑfectum charitatis eius, dilectionis tuæ perfectio suppleat:& per eam multitudine peccatorum cooperta, cum nuptiali ueste ad cælestes nuptias securus introeat: qui uiuis, & regnas cum eodem Deo patre, ℟. Amen.

De eo,quod legitur Moses misisse exploratores ad considerandum terram Chanaam, ad hominem,qui populo sibi cōmisso prædicatū mittatur,expositio deriuata. Cap. VI

POTERANT ista (ni fallor) Marce pater, satis unicuiq; multa uideri: tibi uerò fortasse etiam plusquam satis: cui cùm plurima semp huiuscemodi præ manibus sunt: tum in primis rei ecclesiasticæ occupationes tantæ, ac tam multæ: ut nisi alacritatem ingenii tui, & mirificam uniuersarum rerum experientiam noscam: admirer plane: quomodo sufficere omnibus possis. Sed quia nescio quo pacto, cum superiores libri senis sũt absoluti capitulis: hic quinq; tantum conclusus est: & quam in prooemio libri posuimus similitudinem (q̃q̃ eatenùs quà posita est, nostro proposito satisfaciant) aliquibus forsitan diuinarum literarũ studiosis uideri possit, non omnifariam conuenire: expositionem, quam ea de re ante hos aliquot menses feci, subiiciam, uno eodem'q; labore: & huic libro eum, qui apud Arithmeticos perfectus uocatur, capitulorum numerum tribuens, & de similitudine à nobis posita curioso lectori satisfaciens: ut tribus libris ac senis capitulis aut trinitatis perfectio significetur; ad quam contemplandam non nisi benè moriendi scientia peruenitur: aut, quoniam per tria multiplicatus senarius decem & octo profundit: per quorum alterum diuinæ legis præcepta, per alterum uerò resurrectio intelligitur: (qđ

in primo statim libro posuimus) mandatorum diuinorum custodia ad eam, quæ maximum delectabilium est, uitam, perduci nos posse, manifestum fiat. Identidem'q; a' Mose, Prophetarum apud Iudęos facilè maximè incipiens opus, uelut circino in orbem acto, in Mosem finiat. Lege igitur etiam hanc lucubrationum nostrarum particulam: & an similitudini a' nobis præpositæ congruat, uide. pñpē

MOSES in deserto Pharam, cùm iussu Dei, sicut in Numeris legimus, duodecim uiros, singulos e' tribubus delegisset, quos ad considerandam terram Chanaam mitteret: post multa, quæ de terra, de populo, de urbibus regionis, inquirenda mandauit: Confortamini, inquit: & afferte nobis de fructibus terræ: Eorum (ut arbitror) uel uisu, uel gustu, uolens partim gulæ deditum uulgus ad expugnandos terræ incolas animare: partim uero de Chananęorum uiribus, numero, ciuitatibus, ipse certior fieri. Nam fere' euenit, ut quæ pinguis est humus: fructus'q; cùm multos: tùm optimos gignit: populum quoq; numerosum, & fortem, urbes uerò muratas, & grandes, habere consueuerit. Quæ uerò est arida: & fructus nec multos producit, nec bonos: populum contrà paruum & infirmum, urbes uerò aut nullas, aut non grandes, & absq; muris

habeat. Porro'illi, peragrata quadraginta diebus omni regione, abscissum cum uua palmitem, ac de malis granatis, & ficis loci portantes, terram quidem fluere lacte, & melle, renunciarunt: sed cultores habere fortissimos: vrbes'q; grandes atq; muratas: quorũ alterum ad capescendam prouinciam incitare, alterum deterrere animos poterat. Quáuis aũt gulę dediti forent maiorem ĩmodum: utpote qui paulò antè cũ promiscuo uulgo, qđ ascenderat secum, flagrauerant desiderio carnium: dixerant'q;: Quis dabit nobis ad vescendũ carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: plus tñ apud eos ualuit metus. Nam & qui exploratũ ierant: omnes, præter Iosue atq; Caleph, terræ detraxisse, populi'q; vires oppidò q̃ grandes dixisse legitur: & omnẽ turbam nocte illa fleuisse: cõtra'q; Mosem & Aaron murmurasse describitur: usqueadeò: ut & mortem optarent: & de constituendo sibi duce, sub quo in Aegyptum redirẽt, mutuo loquerent. Ob quã culpam duobus illis, quos suprà memoraui, exceptis, oĩs illa multitudo in deserto interiit. Hæc mihi studiosiùs oĩa cogitanti, nobis, quibus prædicandi officium delegatur, conuenire videntur. Mittimur. n. primũ omniũ ad explorandá terram Chanaã: quod nomẽ (sicuti hi dicunt, qui hebraica noĩa interpretati sunt) commutatũ, seu cõmutationẽ significat. Priùs. n. q̃

demandatam nobis prouinciam suscipiamus: cõmutari debemus de ouibus in pastores: de discipulis in magistros: de militibus, in Imperatores. Imperatores aũt non qualiscũq; rei, sed uitiorum, sed criminum, sed culparũ: quod maximum, & re vera sũmum imperium est. Legimus quippe in Regum libris de Saule: postq̃ inunctus fuit in principem: signa'q;, q ea res à dño fieret, habuit: cùm auertisset humerũ suũ, ut abiret à Samuele: Mutauit ei deus cor aliud: qđ & ita fore, paulò antè Samuel dixerat. Post hęc, inquit, venies in collem domini, vbi est statio Philistinorũ: &, cũ ingressus fueris ibi vrbẽ: obuium habebis gregẽ Prophetarũ descendẽtium de excelso: & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & cytharam, ipsos'q; prophetantes: & insiliet in te spũs dñi: & prophetabis cum eis: & mutaberis in virum alium. Quæ res & Dauid itidem contigit. Tulit. n. (quẽadmodum eodem in libro legimus) Samuel cornu olei: & unxit eum in medio fratrum eius: & directus est spũs domini à die illa in medio: & deinceps. Ad hanc igitur terram explorãdam, dum cõmutatio, quæ in nobis, qui terrenis anteà rebus occupati eramus: & necdum oculos ad cœlum dirigere sciebamus: dei beneficio fit: mittimur exploratum. At quõ exploratum? Ascẽdite, inquit, per meridianam plagã: cum'q; ueneritis ad montes: considerate terram, qualis

sit. Iam ex hoc,quod ait: Ascenditq; in planicie,in imo,in infimis esse,nos cōmonet. Nō potest aūt,qui euangelizaturus est: susceptam prouinciam aggredi:nisi ascensiones in corde suo disponat:sicut ait Propheta. Beatus vir, cuius est auxilium abste:ascensiones in corde suo disposuit:in valle lachrymarū,in loco,quem posuit. Deniq; & ad Esaiam dicitur. Super montem excelsum ascende tu,qui euāgelizas Sion,

Et quanam cœli parte? Per meridianam plagam,inquit:plagam lucidam,plagam humilē, plagam solis ardore feruētem:ut eius, qđ Apostolus ad Ephesios scribens dixit: meminerimus: Eratis.n.ait,aliquādo tenebræ: nunc autē lux in domino:ac rursùs eius, quod Iesus dominus meus inquit: Vos estis lux mundi: ut humiles simus: ne fortè cum eo,qui apud Esaiam dicebat: In cœlum conscēdam,super astra Dei; exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti,in lateribus aquilonis: corruere in terram mereamur: ut charitate,sine qua prędicari rectè non potest,ardeamus. Hoc est.n. per meridianam plagam ascendere. Cum'q; ueneritis ad montes, inquit: considerate terram, qualis sit. Non potest (vt puto) prædicari populo, nisi tunc demùm, cùm eius intellecti sunt mores: Nam & Paulus paruulis in Christo lac potum dabat,non escam: Nondùm enim poterant solidiore' cibo uesci: Sapientiā aūt loquebať in

terperfectos: eos,q pro ꝯsuetudine exercitatos sensus hèrent. Qui uerò considerare vult terrā, qualis sit: qui mores populi, cui pdicaturus est, intelligere cupit: ad montes ascendat oportet: eós, de qbus scriptum est. Leuaui oculos meos in mōtes: unde uenit auxilium mihi. Et iteꝝ. Montes in circuitu eius: & dn̄s in circuitu populi sui. Ad hos igitur montes pòstquàm uenerimus: postquàm ad superiora animum intenderimus: postquam sublimia illa legis præcepta fecerimus: considerare primùm omnium terram debemus: hoc est: corpora: quę de terra sumpta sunt: sicut scriptum est. In sudore uultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es: & in puluerem reuerteris. Et populum, inquit, qui inhabitator est eius. Per populum, rationales, quæ in illa inhabitāt, animas designari crediderim: illas, de quibus in primi hominis formatione legitur. Formauit dominus Deus hominem de limo terrę: & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam uiuentem: ut corporum uidelicet, atq; animaꝝ diligenter habitatiōne, sciamus, quod sequitur. Vtrū fortis sit: an ifirmus? Pauci numero: an plures? Ipsa terra bona: an mala? Pp̄rīm hoc loco fortè, intelligo aīas, quæ carnem sibi lōga benè uiuēdi cōsuetudine, ac præceptorū diuinorum obseruatione

tione subiiciunt: Infirmum uerò, eas, quæ carnis desideriis iampridem per intemperátiam subiectæ sunt: aut p incontinentiam quotidie subiiciunt. Caro quippe (ut Galatis scribit Apostolus) concupiscit aduersùs spiritum: spûs aût aduersus carnem. Hęc.n. sibi inuicem aduersantur: ut non quæcûq; uultis, illa faciatis. Pauci numero: an plures? Per paucos hoc loco malos: per plures, bonos intelligi puto. Pauci sunt enim qui sine uirtutibus sunt: quę simul oẽs in uno esse homine pñt: cùm uitia oinò non possint. Siquidem nec auaritia cum prodigalitate, nec ira cum metu, nec alia rursus cum aliis, uno tpe in eodẽ esse hoie possunt. Vnde & propheta in psalmo cẽtesimosexto, Pauci facti sunt, inquit, & uexati sunt à tribulatione malorũ, & dolore. Statim'q; subdit. Effusa est cõtentio super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in uia. Plures aût sunt: qui uirtutibus omnifariã præditi sunt. Plures sunt, quibus bñdixit Deus: queẽadmodũ in eodẽ psalmo legitur. Et benedixit eis: & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit. Plures sunt, quos nulla prorsùs aduersitas suo pôt loco depellere: sicut illum non poterat, qui, de seipso ad Romanos scribẽs, dicebat: Certus sum, q̃a neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, poterit

poterit nos separare a charitate Dei. Deniq; & Heliseus, equis & curribus, ac robore exercitus regis Syriæ Dotham ciuitate obsessa, ministro præ timore nimio trepidanti rñdit. Noli timere. Plures enim nobiscũ sunt, q̃ cum illis. Ipsa terra: bona, an mala. Terram bonã, in Euangelio dominus eos esse ostendit: qui in corde bono, & optimo audientes verbũ, retinent: & fructum afferunt in patientia. Porrò malã propheta in eodẽ psalmo eam dicit, quæ in salsuginẽ posita est. Posuit (inquit) flumina in desertũ: & exitus aquarũ in sitim: terram fructiferã in salsuginem: a malitia inhabitãtium in ea. Vide aũt, si non ita est. Populum, qui inhabitator est terræ: animas intelligi diximus. hæ si malitię plenæ sint: si nihil nisi callidè, atq; astutè gerant: si dolis, atq; insidiis, & simplicium circũscriptionibus uacent: earũ terram, etiã si erat antè fructifera, in salsuginem positã scimus. Nam qui in suis ipsorũ oculis sapiẽtes sunt, & coram semet ipsis prudentes: salem quidẽ uidentur habere: quod in Euangelio præcipit dñs, dicens: Habete in uobis sal: & in epl'a ad Collossenses Apostolus monet: Sermo uester semp in gratia sit sale conditus: sed re uera salsuginẽ habent. Et unde hoc scias? A fructibus, inquit, eorũ cognoscetis eos. Nullum quippè opus bonũ, nullum fructum, nullam rem nõ pessimã, ferunt. Sequitur: & ait. Vrbes quales: muratę, an absq; mu-

tis. Vrbs erat murata: de qua Esaias dicebat. Vrbs fortitudinis nostræ saluator ponet in ea murus,& ante murale.aperite portas: & ingredietur gens iusta,custodiens ueritaté. Vrbs murata erat: cui in eodé propheta dñs dicit. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui corá oculis meis semper. Murata urbs erat ad quam per eundem Prophetam loquebatur, atq; dicebat. Super muros tuos, Hierusalé,cóstitui custodes: tota die: & tota nocte in perpetuũ non tacebũt. Contrà uerò urbs absq; muris ea: in qua nihil fortitudinis,nihil custodię,nihil ad Saluatoré, & cum eo gentem iustá,ueritatis amicá,dignè suscipiendam,inuenitur. quod scire prædicaturum populis hoïem necesse est: ut quid quibus prædicet, sciat. Humus pinguis: an sterilis? nemorosa: an absq; arboribus? Putas ociosum est: q,cùm suprà dixisset: Ipsa terra bona: an mala? rursus,quasi de hoc dictum nil sit,cósiderari diligentiùs iubet? Non est ociosum. Neq; enim quæ pinguis est terra, continuò & bona est. Sunt quippe terræ complures,& pingues simul & malę. An nõ tibi pinguis & mala terra uidetur, de qua in Deuteronomii cantico dicitur. Incrassatus est dilectus: & recalcitrauit: Incrassatus,impinguatus,dilatatus: dereliquit Deum factorem suũ: & recessit a' Deo Saluatore suo? An non pinguis, & mala uidetur illa, de qua dñs per Prophetam conqueri-

tur dicens, Circũdederunt me uituli multi: tauri pingues obſederunt me: Aperuerunt ſup me os ſuũ, ſicut leo rapiens, & rugiens? An non uidetur pinguis, & mala? quam ille ſibi poſſidendam dari nolebat, qui inutilem rerũ temporalium exuberantiã ſciens, Deum, quæ uictui ſuo tantùm neceſſaria forent, rogabant: ne fortè ſatiatus illiceretur ad negãdum: & diceret: Quis eſt dominus? Certè mala erat: & de qua nullo genere dici poſſet hoc, quod in Euangelio legimus. Aliud cecidit in terrã bonam: & ortum fecit fructum centuplum. Id ergo nunc illis ut conſiderent ꝑcipit. An uidelicet ea terræ pinguitudo eiuſmodi ſit: ut idẽtidem & pinguis, & mala ſit? Nam ſi fructum illum producit, de quo in pſalmo ſexageſimo pr͞io dicit Propheta: Diuitię ſi affluant, nolite cor apponere: pinguis erit profectò: ſed mala non erit. Sequitur.

An ſterilis. Sterilem hoc loco intelligo: quę nullum boni operis protulit fructum: non tamen eiuſmodi eſt: ut mala ualeat dici. Sterilis, & non mala terra erat, de qua dñs ad Ionã. Tu doles ſup hedera, in qua nõ laboraſti: neq; feciſti ut creſceret: quę ſub vna nocte nata eſt: & ſub una nocte periit. & ego nõ parcã Niniue ciuitati magnę: in qua ſunt pluſq̃ cẽtũ uiginti millia hoium, qui neſciũt quid ſit inter dexterã & ſiniſtram ſuam: & iumẽta multa? Sterilis, & nõ mala terra eſt: de qua etiã Propheta ad domi-

num dicit. Homines, & iumenta saluabis,domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam,Deus? Non mala,& sterilis est: quę sacramēto initiata baptismatis, nondū ad usum rationis peruenit. Quæ ipsa quidem est bona: sed,uelut nuper sata plantaria,fructum quidem adhuc afferre nō potest: sed salsuginis atq; malitię nihil habet. Nemorosa,inquit: an absq; arboribus. Putas,hoc saltem superfluū esse: ut posteaquā perquiri iussit: ipsa terra bona,an mala? & rursum, humus pinguis: an sterilis? nunc (uelut oblitus) præcipiat: Nemorosa, an absq; arboribus sit: indagari? Nō est superfluū. Quid enim esse in scripturis diuinis superfluū potest? Sed alium prorsus hominū,quibus prędicaturus quis est,statū demōstrat. Sunt quippe complures, qui, etsi multis peragendis rebus idonei, nonnulla interdum grandia, tanq̃ totidem mirę magnitudinis arbores ferunt: locum tamē intra se uariis peccatorum, uelut immanium quarūdam bestiarum generibus prębent. Nam locis nemorosis utrūq;, & materia in diuersos usus plurima crescit: & ferarum nihilominùs latibula multa sunt. Hæc qui succiso nemore diligenter purgauerit: & ferarū latibula pariter destruet: earum'q; aliā perimet: aliam capiet uiuam: alias uerò illinc migrare compellet: & (sicut ait poeta) Si arare uelit: nō ullo ex ęquore cernet plura domum tardis de-

cedere plaustra iuuencis. Erat aliquando Sau-
lus nemorosa humus: & tunc quidem, cùm te-
stes deposuerunt uestimenta sua, secus pedes
adolescentis, qui uocabatur Saulus: & lapida-
bant Stephanum: Ac rursus, cũ Saulus erat con-
sentiens neci eius: arbores multas protulerat:
sed non grandes. cùm uerò spirans minarum,
& cædis in discipulos domini, accessit ad prin-
cipem sacerdotum: & petiit ab eo epistolas in
Damascum ad sinagogas: ut, si quos inuenisset
huius uię uiros, ac mulieres: uinctos perduce-
ret in Hierusalem: iam easdem & multas habe-
bat, & grandes: inter quas (puto) latibulũ suum
inuenerat leo ille, de quo Petrus apostolus ait.
Sobrii estote, & uigilate: quia aduersarius ue-
ster, diabolus, tanq̃ leo rugiens, circuit quętens
quẽ deuoret. Inuenerat & ursus, qui apud Da-
nielem legitur. Ecce bestia alia similis urso. In-
uenerat lupus: de quo in Euangelio dicitur. Lu-
pus rapit, & dispergit oues. Inuenerat aper: de
quo dicit Propheta. Exterminauit eam aper de
sylua: & singularis ferus depastus est eam. In-
uenerant deniq; aliæ multæ bestiæ, uitę homi-
num infestissimæ: de quibus (credo) intellige-
bat Moses: quando dicebat. Deus magnus, &
terribilis, ipse consumet nationes has in con-
spectu tuo paulatim, atq; per partes: non pote-
ris eas delere pariter: ne forte multiplicent con-
tra te bestiæ terræ. Nam & Iosue cum filiis Io-

seph conquerētibus, q terram in possessionem sortis, & funiculi unius tantæ multitudinis populus accepissent, respōdit. Si populus multus es: ascende in syluam: & succide tibi spacia in terra Pherezei, & Raphaim: qa angusta est tibi possessio montis Effraim. Secundùm hunc forsitan sensum spiritualiter intelligitur. Videamus nūc: quomodo succisum sit istud nemus: quo pacto purgatum: & quanta frugum ubertate repletum. Cùm iter faceret, inquit: contigit, ut appropinquaret Damasco: & subitò circūfulsit eum lux de cœlo: & cadens in terrā audiuit uocem dicētem sibi. Saule, Saule quid me persequeris? Quādiu in eius humo rectę arbores stabant: Neq; circūfulserat eum lux de cœlo: neq; ullius audierat uocem: utpotè foliis umbram facientibus, ramis'q; alterno contactu inter se perstrepentibus. At ubi succisę sunt: ubi superbiæ altitudo deiecta est: ubi suscipiēs mansuetos dominus, humiliauit peccatorem usq; ad terram: statim circunfulsit eum lux de cœlo: quæ illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum: & Verbi Patris æterni uocem audiuit: nec multò pòst, peccatorum latibula uniuersa destruxit: exq; illis studium placendi hominibus, quod habuerat, interemit. Sicut ad Galathas ait. Si adhuc hominibus placerem: Christi seruus non essem. Angelum Sathanæ, stimulum carnis suæ, à quo colaphiza-

batur, uiuum cœpit: quemadmodum in secunda ad Corinthios scribens dicit. Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis. Immanem illam persequendorum Christianorũ libidinem, & alia hoc genus omnia ab sese migrare coëgit: sicut in prima ad Thimotheum affirmat. Qui priùs blasfemus fui, & psecutor, & contumeliosus: misericordiam Dei consecutus sum: quia ignorans feci, in incredulitate.
Deniq; ad Ananię uerba purgatus est: baptizatus est: uas electionis factus est: usqueadeò: ut continuò ingressus in synagogas prædicaret Iesum: quoniam hic est filius Dei: & stupentibus cunctis, atq; dicẽtibus, Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem, eos qui inuocabãt nomen istud? & hùc ad hoc uenit: ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum? multò magis conualesceret: atq; cõfunderet Iudæos, qui habitabant Damasci: affirmans: quoniam hic est Christus. cuius, paruo tempore, frugum iustitiæ incrementa sic aucta sunt: ut (quemadmodum ad Romanos scribens ait) Ab Hierusalem per circuitum, usq; ad Illyricum, repleuerit Euangeliũ Christi. Sequitur. An absq; arboribus? Per humum absq; arboribus, quę fruges quidẽ hominibus, si colatur: si uerò inculta remaneat, fœnum pecori præbet: eos designati crediderim, de qbus Apostolus in epi-

ftola ad Romanos ait. Cùm enim gentes, quæ legem non habent: naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. qui steriles quidem non sunt: sed ea solùm producunt, quæ pecori, quæ iumentis, quæ syluestribus etiam animalibus aliquibus usui sint. Docent quippè: Aliena nō rapere: Quæ ab alio tibi fieri nolles, non facere: Honorare parētes: Filios alere: Propulsare iniurias: Benefacientibus benefacere: & multa huiusmodi, quæ in gentilium quoq; philosophorum libris inueniūtur. Sed quid Esaiam prophetam clamare diuina uox præcipiat, audiamus. Omnis, inquit, caro fœnum: & omnis gloria eius quasi flos agri. exsiccatum est fœnū: & cecidit flos: quia spiritus domini sufflauit in eo: uerbum autem domini manet in æternum. Exsiccantur igitur omnia hęc: cadunt: decorem ammittunt: marcescunt: inutilia fiunt: & (sicuti in Euangelio dominus dicit) tanquam fœnum agri, hodie sunt: & cras in clybanum mittuntur. Verte autem parumper hanc terrā uomere prędicationis: & semen uerbi Dei sulcis eius cōmitte. Incredibile dictu est, tantulo temporis, q̄ lætas tibi segetes faciet: q̄ uberes afferet fructus. Dinumerabo eos, inquit: & super arenam multiplicabuntur. Et rursus in Apocalypsi. Vidi turbam magnam, quā dinumerare nemo poterat: ex omnibus genti-

bus,&tribubus,& populis,& linguis,ftantes ante thronum,quos ex hac terra germinaffe,dubitat nemo. Quippe,ubi ad bonitatem naturalis ingenii,animum'q; ab ipfa natura optimè inftitutū ars quoq; prædicatoris, & diuinum illud femen accefferit:uim continuò fuam,atq; adeò maiorem q̃ anteà, & excitata prędicationibus eft,ad frugem meliorem cōuertit: quā neq; ficcari timebis:quoniā qui operit cœlū nubibus: & parat terræ pluuiam:rigat eā quotidie: neq; cadere metues:quia uerbum domini manet in æternum:neq; ut ne decorem fuum amittat, follicitus eris: ꝙ de ipfo uerbo fecundùm humanitatem iam legeris:Speciofus forma prę filiis hominū:Neq; ne marcefcat,uereberis: quia fcriptum effe meminifti:Non dabis fanctū tuū uidere corruptionem: Neq; poftremò ne fiat inutilis,formidabis:utpote ꝙ non ignores: ꝙ verbo domini cœli firmati funt:& fpiritu oris eius oīs uirtus eorū. Hęc cùm omnia ut diligēter confiderarent, iuffiffet: adiecit Confortamini: & afferte nobis de fructibus terræ. Confortari eos(arbitror)oportebat,ut debiles, ut fuis uiribus diffidentes,ut mandatę prouinciæ magnitudinem agnofcentes. Nam & Paulus,priufq̃ in fynagogas Chriftum prædicaturus intraret: cùm accepiffet cibum: confortatus eft. Quod idētidem nobis,cùm Euangeliū traditur,eueniat neceffe eft:dicente eo, qui tradit.

Accipe Euangelium: & vade, prædicã populo tibi cõmisso. Potẽs est.n. Deus, augere tibi gratiam suam. Quid.n. aliud hęc sibi uerba significant: q̃ & habere nos gratiam Dei: utpote cùm sine illa ne mitti quidem possimus: & (nisi nobismet ipsis desimus) auctum iri eam: sicut scriptum est: Quia omni habenti dabitur: & abundabit: ei autem, qui non habet, & qđ videtur habere, auferetur? Sed ad illud, uñ sumus digressi, redeamus. Attulerunt illi post quadraginta dies circuita regiõe abscissum cũ uua palmitẽ, de malis granatis, ac ficis loci. Quid sibi hæc spũaliter uelint, dictu difficile est. Si tamen non sumus obliti eius, qđ in Genesi legimus: Coepit, Noë uir agricola exercere terram: & plantauit uineam: bibens'q; uinum, inebriatus est: & nudatus iacuit in tabernaculo suo: Atq; hoc totum passionis & mortis Christi domini nostri figuram fuisse intelligimus: auferet (spero) à nobis difficultatem oĩpotens Deus: cui difficile nihil est: ac per palmitem cum uua, hominẽ cum morte, quæ per uuam, ex qua uinum fit, q; inebriat, & mortuis similes facit: designari sciemus. Nam & dominus meus in Euangelio discipulis suis ait. Ego sum uitis: uos palmites. Qui rursus Zebedæi filiis, sedere ad dextrã atq; ad sinistram suam uolentibus, cùm interrogati, possent ne bibere calicem, quẽ ipse bibiturus erat: posse se, respondissent: dixit. Calicem qui-

dem meum bibetis:hoc est:mortem meæ similem moriemini. Sed & sponsa in Cantico canticorum, ut dilectum suũ dicere audiuit: Ascendam in palmam: & apprehendam fructus eius: & erũt ubera tua sicut botri uineæ: & odor oris tui sicut odor malorũ: gutur tuum sic-ut uinũ optimũ: statim respondit: Dignũ dilecto meo ad potandum: labiis'que & dentibus illius ad ruminandum: de passione procul dubio, ac morte illius intelligens: qui ascendens in palmam crucis, fructus eius appræhendit. De quibus fructibus in Esaia dicebatur. Si posuerit pro peccato animam suam: uidebit semen lõgæuum: & uolũtas domini in manu eius diriget. Denique & ipse dominus in Esaia, cũ ab eo quęreretur: quare rubrum esset indumentũ eius, & uestimẽta eius sicut calcantium in torculari? respondit: Torcular calcaui solus: & de gentibus non est uir mecũ: Ostendens, mortẽ se solum calcasse. Si.n. uinea populum significat: quẽadmodum & in psalmo septuagesimonono dicit Propheta: Vineam de Aegypto trastulisti: eiecisti gẽtes: & plantasti eam: Dux itineris fuisti in cõspectu eius: & plantasti radices eius: & impleuit terram: Operuit montes umbra eius & arbusta ei⁹ cedros Dei: Extendit palmites suos usque ad mare: & usque ad flumen propagines eius. De populo: quem de Aegypto in terrã Chanaã trãslatum dominus plantarat, intelligens: & apertius

apud Esaiam legitur: Vinea dñi exercituũm, domus Israel est: & uir Iuda germen eius delectabile: Si (inquã) uinea, populum totũ significat: quid (obsecro) palmes, nisi hoĩem notat? Rursus'q;, si uua mortem: quid palmes cum uua nisi hominem cũ morte designat? Per mala verò granata, quorũ nonnulla dulcia sunt, nonnulla acerba: mortis duo genera significare existimo: alterum, qđ supra modũ est dulce: quid.n. dulcius ea morte, de qua dicitur: Pretiosa in cõspectu domini mors sanctorũ eius? Et rursùm. Iustus, si morte prçoccupatus fuerit: in refrigerio erit? Et iterùm. Beati mortui: qui in dño moriunt? alterum, qđ acerbum est maiorem ĩmodum. Quid.n. illa põtest esse morte acerbius: de qua scriptum est: Mors peccatorũ pessima? Et rursùs: Cùm morieť homo: hçreditabit serpentes, & bestias, & uermes? Et iterùm: Mortuus est autẽ diues: & sepultus est in inferno? Ad quem fortè sensum ẽt illud accõmodari potest: quod in extrema parte tunicæ Aaron, alternis, cũ tintinnabulis & malo granata poni Deus præcepit: ut illorum quidẽ sonitu ad malorum granatorum intuitum, horũ uerò intuitu, ad mortis memoriã reuocatus, sic se in sacerdotalibus exerceret officiis: sic ministeria diuina perageret: sic pro sua & populi ignorantia precaretur, qui pontifex foret: ut acerbam illam uitare, & dulcẽ gustare aliquando mereretur. Nam mor-

tis assidua recordatio utrunq; facere cõsueuit: & ut non peccemus: sicut scriptum est: Memorare nouissima tua: & in æternum nõ peccabis: & ut Deo bonis operibus placere curemus: quẽadmodũ ait Propheta. Inclinaui cor meum ad faciẽdas iustificationes tuas in ęternum, pp retributionẽ. Iàm uerò, si quid nã tertius ille fructus significet, quæras: quò minùs dubites, ad idem hoc, qđ paulò antè memorauimus, uniuersa referri: audi Hieremiã quid dicat. Ostẽdit mihi dñs, inquit: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante tẽplum domini. Calathus unus ficus bonas habebat nimis: ut solent ficus esse primi tẽporis: & calathus unus ficus hẽbat malas nimis: quę comedi non poterant: eò q eẽnt malę. Et dixit dñs ad me. Quid tu uides, Hieremia? Et dixi. Ficus bõas, bonas ualdè: & malas, malas ualdè: quę comedi nõ possunt, eò q sint malę. Et factum est uerbum domini ad me, dicẽs. Hęc dicit dominus Deus Israel, Sicut ficus hę bonę: sic cognoscam trãsmigrationẽ Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldeorũ, in bonum: & ponam oculos meos sup eos ad placandũ: & reducam eis in terram hanc: & ędificabo eos: & non destruam: & plantabo eos: & non euellam: & dabo eis cor, ut sciant me: qa ego sum dominus: & erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum: quia reuertetur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessimæ, quę co-

medi non possunt: eò q; sint malæ: sic dabo Sedechiam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Hierusalē, qui remanserūt in urbe hac: & qui habitant in terra Aegypti: & dabo eos in uexationem, afflictionē'q; omnibus regnis terræ, in opprobrium, & in parabolā, & in prouerbiū, & in maledictionē, in uniuersis locis, ad quæ eieci eos: & mittam in eis gladiū, & famē, & pestem, donec consūmantur de terra, quā dedi eis, & patribus corū. Non-ne his tibi uerbis apertissimè uidetur duo hæc mortis genera designasse? Chaldei quippe, quasi dęmones interpretantur. Sedechias aūt iustitiam domini, & Aegyptus tribulationē coangustantē significat. Quid ergo est: eos de terra Chaldeorum reducere, nisi de ptāte dæmonū uindicare? Quid rursus est: Sedechiam, & eos, qui Aegyptum inhabitant, in uexationē dare, nisi iustitiam domini in tribulatione malos coangustante ostēdere? Et certè prius illud ad id pertinet mortis genus, quam dulcem esse docuimus. Nam & ficus bonę, bonę ualdè, ita esse demonstrant: Hoc uerò posterius, ad secundū: quod acerbissimū est: & per ficus malas, malas ualdè, commodissimè designatur. Longum est, & alterius forsitan loci, successum rei mysticæ per singula explicare: quomodo ex illis fructibus cognosci posset, terram fluere lacte & melle: cū ex nullo eorum, uel apes carpere, uel pasci pecora consueuerint:

Vndenam hi, qui terræ detraxisse leguntur: percipere quiuerint: eã deuorare habitatores suos: cùm nullum ipsi (qđ quidem scriptum sit) deuorari uidissent: Ob quem tantũ metũ, & mortui fuisse in Aegypto, & tunc saltem perire optarent: cùm ne hostem quidẽ uidissent: nedũ cũ eis manus cõseruissent: Quamobrem in Aegyptum redire melius ducerẽt: qui paulòantè tot tantis'q; miraculis de Aegypto egressi clara luce depræhenderant, sibi auxilio esse oĩpotentẽ Deũ, & posse, & uelle: Quo pacto, si per populũ multum & fortẽ, boni, & qui carnem subiicere spiritui: rursus'q; per urbes muratas, loca & natura, & incolatũ studio minutissima, eãdem'q; ad Saluatorem & gentem iustã dignè suscipiẽdam idonea designantur: esse consequẽs possit; ut ad eos expugnãdos, iussu Dei, populus Israel mitteretur. Nos tamẽ, qñ semel cœpimus: quò rem quam volumus, cõmodiùs tractare possimus: carptim, si lubet, singula percurramus: ut ne ad comprobandam sniam nostram quædã minùs aptè, minus'q; cõcinnè protulisse credamur. Ex uua igiť, malo granatis, & ficis, q̃ mortem, ac duo eius genera, suprà designare ostẽdimus: fluere lacte, ac melle terrã cognoscimus: cùm humana corpora, quæ per terram intelliguntur: ad innocentiam paruulorum, & uirginitatis fructum, mortis cogitatione reuocari uidemus. Lac.n. est cibus paruulorũ. Vnde Apo-

stolus Petrus, Sicut modò geniti infantes, inq̃t, rõnabiles, & sine dolo, lac cõcupiscite: ut in eo crescatis in salutem. Mel uerò, quod ab apibus fit: quę, authore quoq; Poëta Gentili, nec cõcubitu indulgent: nec corpora segnes In uenerẽ soluunt: aut fœtus nixibus edunt: quid nisi uirginitatis est fructus? Qui ergo huiuscemodi terrę fructus tuentur: qui humani corporis innocentiam, & uirginitatem ante oculos habent: ii (ut opinor) ex fructibus, q̃q̃ ab utroq; maximè differant: fluere lacte & melle terrã cognoscũt. Qui uerò carnaliter sapiunt: & de alia uita nil cogitant: qui mutuo se cohortãtur ad malum: & dicunt: Insidiemur sanguini: abscõdamus tendiculas contra insontem frustrà: deglutiamus eum, sicut infernus, uiuentẽ, & integrũ, quasi descendentẽ in lacum: omnẽ pretiosam substantiam rapiemus: iplebimus domos nostras spoliis: Et (quẽadmodum alio loco scriptum est) uenite, fruamur bonis, quę sunt: & utamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter: uino pretioso & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis: coronemus nos rosis, anteq̃ marcescant: nullum pratum sit, q̃d non pertranseat luxuria nostra: nemo uestrũ exors sit luxuriæ nostrę: ubiq; relinquamus signa lętitiæ: qm̃ hæc est pars nostra: & hæc est sors nostra: qui denique, sicut apud Esaiam legitur, dicunt: Comedamus & bibamus: cras. n. moriemur:

mur: & quod in Iob scriptū est: Ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descendunt. Qui (inq̃) hæc cogitant, dicunt, & faciunt: hi, cùm primū terram huiuscemodi uiderint: cùm primùm fructus eius aspexerint: deuorare illam habitatores suos existimāt. neq; enim ullum arbitrantur ad animas peruenire posse solatiū, nisi per corpora, & ea, quæ corporū sunt: & iccircò ei detrahunt: & dicunt. Populus, quem aspeximus, procéræ staturæ est. Sunt enim proceri, qui in terrā positi, operibus tanq̃ manibus aliquibus cœlū contingunt. Ibi uidimus monstra quædam filiorū Enach. Qui fortes, uel potentes interpretātur. Fortes enim sunt, qui uitiis resistunt: potentes sunt, qui pñt cum Apostolo dicere. Castigo corpus meū: & in seruitutem redigo: ne fortè, cùm aliis prędicauerim: ipse reprobus efficiar. Quæ icircò nominant monstra; quia sic eis uidet. Monstrum enim uidetur innocētia nocenti: Incontinenti continētia; impudico uirginitas. De genere giganteo, inquiunt: quia pusillis uirtute: pusillis merito, pusillis rōne, gigantes sunt, qui omnibus istis excellūt. Vnde & de saluatore nostro dicitur per Prophetā. Exultauit ut gigas, ad currendam uiā. Quibus comparati, quasi locustę uidebamur. Non paruitate meritorū solùm, uerūetiam rationis inopia. Neq; enim pomiliones, aut nanos uideri se præ illis, dicebāt:

quod certè debuissent: si rationis, ut cæteri homines, participes credi uoluissent: sed quasi locustas: quod expers rõnis est animal. Timebant igif: & vel in AEgypto mortui fuisse, uel in solitudine perire cupiebant: ut ne gladio caderent: & uxores, ac liberi eoꝝ ducerent capti-ui. Et unde, oro, sciebãt, se, si cũ illis prælium cõmisissent: gladio casuros: & vxores, ac liberos suos ductũ iri captiuos? An ex hoc forsitã: quia simile aliquid dici audierant eius, quod in Esaia legif: Percutiet terrã uirga oris sui: & spiritu labioꝝ suoꝝ interficiet impiũ? Et, quoniã se terram esse, impiosq; cognoscebãt: utpote qui terrenis tantùm rebus impliciti, oculos ad cœlũ attollerent nunq̃: nec Deum, uti par erat, uenerarentur: non imeritò eius gladiũ formidabant: de quo per Prophetã posteà dictũ fuit. Accingere gladio tuo super femur tuũ, potentissime. Cùm enim Apl's ad Romanos scribẽs dicat: Principes nõ sunt timori boni operis, sed mali: uis aũt non timere potestatem? Bonũ fac: & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonũ: si aũt malum feceris: time: non enim sine causa gladiũ portat: Dei enim minister est, uindex in irã ei, qui malum agit: multò erat magis eius gladius formidandus, qui sic principibus terrenis ad malefactoꝝ uindictam gladium præbet: ut eo seipse nõ priuet. Vxores porrò, ac liberos, quomodo nõ quidẽ

interfici, sed captiuos duci metuerent: tũ rectè intelligemus: cũ, quæ illis uxores, quinam liberi fuerint, agnouerimus. Equidẽ arbitror: unicuiq; eoꝝ, qui hæc timebant, concupiscentiam fuisse uxorem: concupiscentiam autem non rei unius, sed multaꝝ. Nam alii desidiá uxorẽ habebant: atq; ideò contra dñm quasi pro labore dolentes murmurabant. Alii gulá sibi coniunxerant: ob eam'q; rẽ sedẽtes & flentes dicebant. Quis dabit nobis ad uescendũ carnes? Recordamur piscium, quos comedebamus in AEgypto gratis. In mentẽ nobis ueniunt cucumeres & pepones, porri'q; & cępę, & allia. Alii cum libidine inierant cõtubernium: & iccircò (sicut paulòpòst legit̃) Fornicatus est populus cum filiabus Moab. Ac rursùs. Ecce unus de filiis Israel itrauit corá fratribus suis ad scortum Madianitæ, uidente Mose, & omni turba filioꝝ Israel. Alii superbiam uxorẽ duxerãt: ideo'q; ita cõtra Mosem loquebantur. Sufficiat uobis: quia omnis multitudo sanctoꝝ est: & in ipsis est dominus: cur eleuamini super populum dñi? Alii sibi inuidiam copulauerãt: ac propterea dicebãt. Num per solũ Mosem locutus est dñs? non'ne & nobis similiter est locutus? Alii postremò alias duxerãt. Et hæ, sicut fœminæ, quæ, si nomina inspicias, multæ uidẽtur: sin uerò sexũ: unũ sunt tñ, uocabulis multæ: sed concupiscentia unum erant solũmodo.

Has ergo uxores, nõ interfici, sed captiuas duci timebãt. Quia cui semel aliq̃ huiuscemodi labes insederit: is, etiã si ad meliorẽ frugem uertatur: nõ extingui, sed (ut opinor) captiuã duci concupiscentiã suã cognoscit. quod illis, utpote qui lætarentur, cũ malefacerent: & exultarẽt in rebus pessimis: de quibus etiã dici poterat: Quoniam laudaẽ peccator in desideriis animę suæ; & iniquus benediciẽ: molestum erat maiorem imodum. dimitti quippe secundũ desideria cordis sui, & ire in adinuentionibus suis uolebant: non autem cõuerti ad dñm; aut emendare in melius quæ ignoranter gessissent. Vidimus quęnã uxores: nunc iam, qui sint hi liberi, quos captiuos duci timebãt: pariter uideamus. Et quidem, ut ne longiùs abeamus: Iacobus in epistola sua de huiuscemodi, tam uxoribus, q̃ liberis, loquiẽ in hunc modũ. Vnusquisq;, inquit, tentatur a' concupiscẽtia sua, abstractus, & illectus. Hanc esse vxorẽ docuimus, quę suis illecebris uirũ (ut ita dicam) ad coitũ prouocat. Ex hoc coitu qd sequatur, ausculta. Deinde concupiscentia, inquit, cũ conceperit: parit peccatum. Ecce unũ iam filiũ. Peccatum uerò, cùm consumatũ fuerit: generat mortem. Ecce etiam neptẽ. Quos ideò liberos uocãt: q̃a uetus loquẽdi mos habet, ut appellatione liberorum nepotes quoq; itelligant. Mortem aũt, non istã corporis intellexit, quę bonis malis'q;

cõmunis eſt: cũ ab eo uidelicet anima ſeparatur: ſed mortẽ animæ: quæ ad malos pertinet ſolùm: cùm ab animabus eoꝝ ſeparatur Deus. Hos ergo liberos, non quidẽ ne gladio caderent, ſed ne in captiuitatẽ ducerentur, timebãt: quia, etiam ſi, moribus in melius cõmutatis, in iuſtitiæ ſemitam rediiſſent: etiã ſi cũ Apoſtolo dicere poſſent: Gloria noſtra hæc eſt: teſtimonium cõſcientiæ noſtræ: etiã ſi (quẽadmodum idem apl̃s dicit) nihil ſibi cõſcii forent: & (ſicut Iob ait) non reprehenderet eos cor ſuũ in uita ſua: uidebant, q̃diu de corpore mortis huius liberati non eſſent, aliam legẽ in mẽbris ſuis repugnantem legi mentis, & captiuantem eos in lege peccati. Iuxta quẽ ſenſum etiã Ioannes in epiſtola ſua. Si dixerimus, inquit, quoniam peccatum nõ habemus: ipſi nos ſeducimus: & ueritas in nobis non eſt. Non igitur ne gladio caderent, ſed ne in captiuitatẽ ducerent̃, ſoliciti erant: quia ſciebant, captiuos duci poſſe: perimi omninò non poſſe. Sed tanta erat hominũ improboꝝ malignitas: tanta peccandi delectatio: tãtum benè uiuendi faſtidiũ: ut, quẽadmodum illi, qui (ſicut Iob ait) dixerunt Deo: Recede à nobis: & ſcientiã uiarum tuaꝝ nolumus: quis eſt oĩpotẽs, ut ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum? non ſolũ ne premerentur hi liberi, uerũetiam ne captiui ducerentur, timerent: atq; ob eã rem in AEgyptum

redire,melius arbittabantur: In AEgyptum(inquam)redire, quæ tenebras, uel angustiam, siue tribulationem coangustantem,aut coangustationem tribulationis significat. Quia enim omnis, qui malè agit, odit lucem: & non uenit ad lucem,ut non arguantur opera eius: talium liberorum parentes, tales tenebras conquirere oportebat: & angustiam, tribulationem coangustantem, coangustationem'q; tribulationis, quibus pessimi cuiusq; anima simul & corpus afficitur: uoluptatis transitoriæ desiderio tollerare. Non illos ignis & nubis columna,non Rubri transitus maris,non AEgyptiorum summersio, non aquæ amaræ in dulcem mutatio, non coturnicum per castrorum circuitum uis illa tam grandis, non manna desuper missum,nō Amalechitarū mirabilis per orationē uictoria,non ignis ad cœlum usq; ascendens,non audita de Syna tanto cum terrore uox Dei,non deniq; tot in AEgypto uisa miracula,quòminùs in AEgyptum redire melius ducerent,adducere potuerūt. Neq; enim à Deo adiuuari uolebāt:qui cōtra imperium eius die noctu'q; faciebant. Ideo'q; ad extremum tm̄ id scelus tanta uiroꝝ à viginti annis & suprà punitum est strage: ut ex omni ea qui numerati fuerant multitudine, præter Caleph filium Iephone,& Iosue filium Num, nullus omninò relinqueretur,qui non in solitudi-

ne interiret. Quod autem ait: Paruulos ue-
ftros,de quibus dixiftis: ꝙ prædæ hoftibus fo-
rent:introducam:ut uideāt terram, quæ uobis
difplicuit. Quoniam fecundùm fuperiorem
expofitionem ad peccata refertur: ac terræ no-
mine,humana corpora,quæ de terra funt fum-
pta,fuprà defignari iam diximus: perinde intel-
ligendum puto: ac fi diceret. Non uos,nō con-
cupifcentias ueftras,quæ tales filios, tales pepe-
rere nepotes: fed paruulos ueftros, hoc eft, pec-
cata leuia ea, fine quibus uita ifta non ducitur:
(Septies quippe in die cadit iuftus: & refurget)
uidere faciam corpora: quæ, ꝙ nihil haberent
uoluptatis terrenæ, uobis difplicuerunt. Quæ
quidem peccata leuia dixiffe illos commemo-
rat: ꝙ prædæ hoftibus forent: ut fuperiorem
expofitionem declaret apertiùs. Hoftes enim
funt, qui cum peccatis bellum gerunt. inter
quos ille præcipuus erat, qui dicebat. Non'-
ne qui oderunt te, domine, oderam? & fuper
inimicos tuos tabefcebam? Perfecto odio o-
deram illos: & inimici facti funt mihi. Ho-
ftes autem quędam interficere ac proiicere fo-
lent: quædam fuis ufibus referuare. Quæ igi-
tur interficiuntur, & proiiciuntur: uos eftis,
& concupifcentię ueftræ: & peccata ueftra ea,
quæ grauia funt: fimul'ꝙ mors animę illa, quā
fuprà diximus: uelut filii q̄dā ueftri, atq; nepo-
tes. Nullus q̄ppe alicui hoꝝ ufus, nulla effe uti-

litas potest. Quę autem reseruanť: peccata sunt leuia: quæ, prædæ hostibus fiunt: & ad uarios usus habentur. Siquidē per illa quidā suæ infirmitatis, ne se in superbiā erigant, admonentur. Nonnulli diuinæ misericordiæ quotidie periculum faciunt. Alii deniq; ueniā in se delinquētibus dare, ut à Deo ipsi accipere mereanť, addiscunt. Hi ergo paruuli uidebunt, nō quidē oīa corpora, sed illa tm̄, quæ animas innocentiæ atq; uirginitati deditas habēt: perinde ac lacte & melle terrā fluentē habitatores. Quòd si crescere paruuli aliquādo uisi fuerint: si peccata leuia sese uel paululū attollere cœperint: Beatus, qui (sicut ait Propheta) tenebit, & allidet paruulos suos ad petram: Petra aūt, erat Christus. Nam aut paruulos esse, aut non fluere lacte & melle eam, ubi sunt, terrā necesse est. Nunc iam difficillimam huius disputatiōis partem, quando cætera Deo adiutore exposuimus, aggrediamur oportet: quo pacto, si per populum multum & fortem, boni, & qui carnem subiecere spiritui: rursus'q; per urbes muratas, loca & naturâ & incolarum studio munitissima, eadem'q; ad saluatorem, & gētem iustam dignè suscipiendam idonea designantur: esse consequens possit: ut ad eos expugnādos, iussu Dei populus Israel mitteretur. Et quidem (fateor) supra nostras est uires, tam profunda figurarum mysteria, uel solùm quærere, nedum in-

uenire. Si tamen aperire dignetur labia nostra ille,q populo suo dixit: Dilata os tuum: & adimplebo illud: aggrediemur & istud intrepidè: si fortè ultrò se nobis offerat expositio: & dilatatum ad annunciãdam Dei laudem os nostrũ adimpleat. Scimus aũt (ni fallor) Israelis nomine, uirum, qui uideat Deum: uel principẽ cũ Deo, significari: & sub eorũ, qui in terram lacte ac melle fluentem intraturi erant, figura, innocentes, & uirginitatis studiosos intelligi, q certè & nunc Deum uidẽt per speculũ in ęnigmate: posteà uerò facie ad faciem uisuri sunt: sicut in Euangelio dominus ait: Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum uidebunt: & principes cũ Deo sunt: quẽadmodũ in psalmo quadragesimo quarto dicit Propheta: Constitues eos pricipes sup omnem terram: & rursus psalmo centesimo trigesimooctauo. Nimis honorificati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorũ. Ii ergo bonos, & eos, qui carnem subiecere spiritui: tunc expugnant: loca'q; ad Saluatorem, & gentẽ iustã dignè suscipiẽdam idonea occupant: cùm populũ alias quidem & præceptis maiorum, & benè uiuendi consuetudine diuturna optimè institutum, sed tñ gentilem, prædicationibus, exemplis, atq; miraculis, unius ueri Dei cultui subdunt. Subdunt autem illis armis, de quibus in secũda epistola ad Corinthios Paulus ait. Arma militię nostrę nõ

carnalia sunt: sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus sciẽtiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnẽ intellectum in obsequium Christi. Qui rursus de sermone Dei, quẽ prædicatoris lingua denuntiat: in epistola ad Hebręos ait. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionẽ animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarũ, & discretor cogitationũ & intentionũ cordis. Ascẽdamus igitur & nos per meridianã plagã: luce, humilitate, & charitate conspicuã: populi nobis cõmissi mores uirtutem'q; pensemus: Bonos, uti meliores fiant, spe cœlestiũ prę miorũ accendamus: malis, ut in se aliquãdo redeant, inferni supplicia exponamus: diuitibus huius seculi, non sperare in incerto diuitiarum, præcipiamus: Pauperibus cõtrà, regnum cœlorum paratum esse, domini pollicitatione, testemur: Peccata uelut totidẽ ferocissimas bestias, aut perimamus, aut uiua capiamus, aut procul migrare cogamus: Probos, improbos'q; supremæ horæ memoria ad innocentiæ studiũ prouocemus: Doceamus: nulla esse tanta uitæ pręsentis oblectamenta, ut cum pœnarum uitæ alterius minima dignè compensari queant. Concupiscentias, nequis in matrimonium ducat: ne'ue ex eis liberos gignat; unà cum ipso mun-

do perituras esse doceamus: Deû, quem aliquâdo per speculû in ęnigmate ipsi uidemus: ëis quêadmodum possumus, ostendamus: ut principes cum deo esse nos sentiant, qui per nos ad Deum uocentur: & expugnatos Christianę militiæ armis se gaudeant, qui in captiuitatem intellectus redacti, destructis Gentilitatis munitionibus, & altitudine, quæ se aduersus Dei scientiam extollebat, solo æquata, exemplo Ioseph, de captiuitate & carcere ad libertatem & regnû ducantur. Per dominum nostrum Iesum Christum: qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus per oia secula seculorû. Amen.

EIVSDEM PETRI BARROCII, Episcopi Patauini, ad Ioânem Michaëlem, S. Ro. Ecclesiæ Presbyterû Cardinalê, Epm Veronensem, in Victoris Michaëlis, fratris patruelis mortem, CONSOLATIONVM LIBER PRIMVS

Easdem sibi, quas ei, quem consolari uult, mœroris causas, uerû, q crebris suorum funeribus indurnerit, non eundê dolorê fuisse: Nolle aût, ut unû quêlibet ex uulgo hoiem; sed ut sacerdotê, ut epm, ut Cardinalê, ꝯsolari. Cap. I.

u ICTORIS fratris patruelis tui, uiri optimi, & rerû tuarû studiosissimi, quem (ut cętera pręteremittâ, quibus eum, & suo quidê merito, dilige-

bas)tu alueras:tu educaueras: tu in eum statū perduxeras:ut sūma de illo oia sperari iam possent:mortem acerbam mihi æquè ac tibi fuisse, multa sunt,quæ persuadere possint. Erat mihi amicissimus,&(quod alterum amicitiæ genus est)in iis studiis apprimè eruditus,quibus ego maximè oblectari soleo:ætate,qua ego sum fermè:moribus,quales non multos Romę inuenias:comitate, quam quotidianis cōgressibus biēnio toto expertus sum, maxima: grauitate, ut ętatem facilè superaret. Quem ego nō nostri solùm,sed uestri quoq; ordinis, si,quātum per ætatē debebat,uixisset:futurū spetabā: mihi'q;, ac meis,non tua modò,sed mea quoq; causa ꝑ futurū. Amabat.n.me(scio)non minùs, q̄ quos plurimū.His,& aliis multis de causis uiri mortem acerbam mihi ęquè ac tibi fuisse, persuaderi facile potest:& propterea consolationis perinde indigere me atq; tu indiges. sed cùm ipse crebris meorū funeribus, uelut incursantiū undiq; uētorum flatibus agitatus obduruerim:& hoc saltem ex amissione illorū bonū consecutus iam sim:ut,quæ alius magis sentiret mala, ego sentiam minùs:morte quidem hois percussus sum æquè ac tu:sed cùm ictum senserim minùs:tantū abest ut consolationis perinde indigeam,atq; tu indiges:ut consolari etiā te posse me sperem.quod nisi sperassem: e' re nostra non erat,de ipso ad te aliquid scribere:ne hui⁹

ueluti contagione mœroris confrictis attactu mutuo animis,& ipse tibi nihil prodessem ; & mihi multũ nocerem. Experiat itaq; quod spero: utrum mihi ex snia cedat: & quæ pro tua in me beneuolentia, mea'q; erga te pietate succurrunt, remedia proferam: ut ægram mẽtem, si nõ unũ aut aliud aliqd mouet: moueãt multa: & in pristinum suæ ualetudinis statum reducant. Et quoniam mihi nõ cũ uno quolibet ex uulgo homine, sed cũ sacerdote, sed cum episcopo, sed cum Cardinali sermo est: omittã ea, quę cuilibet in hoc dicendi genere dici consueuerunt: legem esse eã naturæ: ut quę semel sunt nata, intereant: Et, aut non ingressum in hãc uitam, aut egredi, cũ uult qui fecit ingredi, oportere: Et, senẽ mori, quisquis morit: mori enim ultimo eius temporis spatio, qđ natus accepit ut uiueret: Et, isse ad suos: quos ibi plures inuenit, q̃ hic reliquerit: &, nõ esse amissum, sed premissum: Et, multis ereptũ malis, quæ illi undiq; corporis & fortunæ bonis instabãt: Et, magnũ esse Naturæ beneficium, tum maximè de uita exire, cùm maximè in uita esse delectat: Et, ubi dolore proficere nihil possis, stultum esse ut doleas: Et, hunc ipsum dolorem ab eo, cuius gratia obuênit, aut non sentiri, aut molestè ferri, si sentitur: Et, hoc modo posse nos ad illum ire: illum uerò ad nos reuocari non posse: Et consanguineis, affinibus, amicis, qui de nobis pen-

deant,seruari nos q̃diutissimè debere incolumes: & , nisi hoc fiat, molestè illos laturos, q̃ pluris a' nobis factus sit unus,q̃ ipsi oẽs:Hæc,& huiuscemodi multa,quę cuilibet ex uulgo homini dici solent,omittã:eaq; tantũ dicam:quæ cũ me dicere,tũ te in primis audire oportet.Et, qm̃ duplicẽ tibi doloris esse causam scio:alteram ,quæ ad illum,alteram, quæ ad te attinet: de ea primũ uerba facere aggrediar,quæ ad illum attinet:mox de illa,quæ ad te pertinet, scribam.Tu uelim aduertas animũ:&homini rem tuam agenti non minùs benignas semel aures prębeas,q̃ semper,non meam tantùm, sed alienam quoq; cùm agerem,prębuisti.

Diuitiis,uoluptatibus,honoribus,magnorũ uirorũ amicitiis, inesse nihil, quod hominem beatum efficiat:eos tantùm beatos esse,qui moriuntur in domino. Cap.II.

NON nos latet:Victorem nr̃m cũ uita multa pariter amisisse:diuitias,uoluptates,honores , & quos habebat, & quos fuerat habiturus:ad hæc & studium in suis rebus tuum : quod nec facilè quilibet adipiscitur:& quisquis fuerit adeptus, inops esse non potest: deniq; non Episcoporũ modò,qui Romæ decẽnio proximo obseruati sunt aliquãdo:sed Cardinalium quoq;,ac Sũmi Pontificis amicitias.Neq; arbitror defuisse,

qui pro te,cùm efferendum iam funus esset: dicerent illa Aeneę in Pallantem Virgilianũ uerba. Te'ne,inquit,miserãde puer,cùm lęta ueniret; Inuidit fortuna mihi, ne regna uideres? Nostra neq; ad sedes uictor ueherere paternas?

Hæc si miserum faciunt:iustus est, quem de eius morte suscepisti,dolor: & consolatio crudelis:utpote quæ filii, & eius quidem optimi damno moueri parentem prohibeat: lugendum'q; est non tibi solùm,sed mihi quoq;,& cęteris amicis familiaribus, necessariis tuis. Si uerò quicquid diuitiarum,uoluptatum,honorum, in hac uita possideri potest, terrenum ac temporarium est: & nostra: qui in Apostolorũ locum successimus,conuersatio in cœlis est: ac bona,quibus uita beata efficitur,sempiterna eẽ oportet: alioquin nec bona uideri debent: nedum ut uitam beatam faciant: si hæc, inquam, ita se habent: neq; iustus est dolor tuus, neq; consolatio nostra crudelis. Propterea erigenda in cœlum intentio est: sensus'q; in sublime tollendi: ut, quantò cogitatione altiùs ascenderimus, tantò nobis minora uideantur,quæ putabamus bona. Ascendamus itaq; paulisper: & de ualle lachrymarum ad tabernacula domini uirtutum scandentes, dicamus cum Propheta. Beatus uir: cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit: in ualle lachrymarum,in loco,quem posuit. Inde

licebit inſpicere: quantũ à uero aberrauimus, qui in diuitiis, aut uoluptatibus, aut honorib⁹, eſſe alicui, qđ beatum eũ faciat, iudicauerimus: Cùm, ſi quid in diuitiis boni eſt: non poſſeſſio, ſed uſus ipſe illarum ſit bonus: & hic ipſe uſus poſſeſſorem, ſi ĩmoderatus eſt, lædat: ſi uerò moderatus: aut non eſſe neceſſarias eas oſtendat: aut cuſtodiendi ſolicitudinẽ, & diſpenſandi laborem inducat. Cùm uoluptates (de honeſtis ſemp uoluptatibus loquor) & raræ ſint: &, q̃tò maiores extiterint, tantò faſtidium maius relinquant: cùm honores multis cõparati, multis ſeruati atq; aucti curis euaneſcant, ut fumus: & nihil homini tandem, niſi leue quoddã nomen, nõ multò pòſt obliuione delendum, dimittant: Inde licebit inſpicere: q̃ incertæ ſint quorũcũq; uel amicitię, uel clientelę potentiũ: q̃ inſtabiles, q̃ periculoſæ: cùm & eorũ morte ſemper, & detractionibus inuidorũ plerũq;, & mutatione rerũ quandoq;, in ſũmum homines diſcrimen adducant. Exibit, inquit Dauid, ſpiritus eius: & reuertetur in terram ſuã: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et rurſùs. Sedens aduerſùs fratrem tuũ loquebaris: & aduerſùs filiũ matris tuę ponebas ſcãdalum. Et alio loco. Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo: & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius: Quoniã, cùm interierit non ſumet oĩa: neq; deſcendet cum eo gloria eius:

eius: & relinquet alienis diuitias suas. Quòd si altiùs adhuc aliqtulùm conscenderimus: audiemus & nos uocem, quam Ioannes in Apocalypsi de cœlo audiuisse se memorat: Beati mortui, qui in dño moriuntur: A modò enim iam dicit spiritus: ut requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos: Statim'q;, quoniam & beatos esse, qui in domino moriunť: & quare beati sint intelligimus: (Diuina quippè uox est, quę hoc dicit) id primùm indagare curabimus: utrum in domino mortuus sit frater patruelis tuus: ut beatus existat: deinde ut quantùm eius causa doluisti, tantùm contrà lęteris: duas has beatitudinis causas intuebimur: quietis, & lucri: quarũ alteram ostendit, cùm dicit: Vt requiescant à laboribus: alteram uerò, cùm dicit. Opera enim illorũ sequuntur illos. Neq; uerò eremum incoluisse patruelem tuum, dicere in animo est: aut ieiuniis, & orationibus totos impendisse dies: aut facultates suas omnes in cibos pauperũ distribuisse: aut futura more Prophetarũ prędixisse: aut alia eiusmodi fecisse, quæ perpaucorum, & eorum quidem perfectorum hominum sunt: non hęc, inquam, dicere in animo est: ut esse in domino mortuum cõfirmemus. Sunt oratorum nostri temporis ista: qui, quoties laudãdi alicuius officium suscepêre: uera pariter, & falsa miscẽtes, ita impudenter mentiri solent: ut ludibrio au-

Q

ditoribus,laudato dedecori sint,non minùs, q̃ si nocte cuiuspiam fœminæ faciem fucis infectam talem esse contendere audeant,qualis foris uidet. Nostrum est:ét si nullus id sciat:nullo pacto mentiri: & non assentationibus gratiam quærere:sed ueris ubiq; rationibus niti.

Qui pestilentia moriuntur:quoniá omninò morituros se credunt: ex omnibus hoium generibus maximè in domino mori solere: nec mortuos modò,uerum eo etiam tempore,quo moriuntur,beatos esse. Cap.III.

PROPTEREA, ut in dño mortuum ostédamus patruelem tuum: ad anteactam uitam, cuius tu optimus testis es:(Neq; enim de illa nobis in presentia dicere cõsilium est) mortis genus addamus. Id pestilentia est. Quid ex hac argumẽti eliciam,ausculta. Scis,hoc esse ingenio homines ferme omnes: ut,quocũq; alio morbo laborent:q̃q̃ pessimè habeant:q̃q̃ ad grauissimam ualetudinem senectus quoq; ipsa, quæ alius est morbus,accedat: spe tamen uana decepti,meliùs habituros se putent. Id,seu quod suprà q̃ iustum est,uiuere appetant: & quę miseri cupiunt,hæc facilè credant: siue q̧ amicorũ benè sperantium aut iacentes erigere cupientium uocibus excitẽtur: siue quòd aliud quid-uis eo tpe meditari malint, q̃ in quo sunt: siue quòd dæmonum occultis circũueniantur insidiis:ut

tantisper de futura uita nil cogitent: dũ de prę-
senti aliquid sperãt: siue ꝙ aliud quippiã, quod
eos distrahat, interueniat: uiderint ipsi: nos cer-
tam afferre rõnem nescimus. Hac spe fit: ut eo-
rum multi, atq; adeò plurimi, morte improuisa
præuenti, dum sese diutiùs uicturos confidunt:
nec pręsenti gaudeant uita: & futurã amittant.
Quod & sibi formidãs Dauid, & nobis formi-
dandum proponens, Locutus sum, inquit, in
lingua mea: notũ fac mihi dñe finem meum,
& numeꝝ dierum meoꝝ, quis est: ut sciã, quid
desit mihi. At verò qui hoc genus morbo la-
borant, quã pestilentiã uocant: contraria pror-
sùs ratione, etiã si minùs malè habeant, q̃ ut re-
cuperare ualetudinem possint: etiã si in ipso iu-
uentutis flore existant: quoniã paucissimi sunt,
ne dicam nulli, qui ex ea euadant: præsentis ui-
tæ spem nec minimã habent: multo'q; minorẽ
iuuenes: ꝙ in eam ætatẽ morbi uiolentiã ma-
gis grassari solere intelligunt. Hinc fit, ut neq;
improuisa unq̃ morte intereant: & pręsentem,
quasi quæ ad eos nihil pertineat: uitã non ap-
petant: sed (quẽadmodum Ezechias Rex Iuda,
cùm ad eũ Esaias propheta intrasset: dixisset'q;:
Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & nõ ui-
ues) conuertant faciem suã ad parietem: & fle-
tu magno peccata sua fleant. Hoc modo fit, ut
& p̃teritorum peccatoꝝ ueniam consequanť:
Sicut in Ezechiele scriptum est: Impietas impii

non nocebit ei, in quacũq; die conuersus fuerit ab impietate sua: & in futurum memoria mortis nõ peccent. Quemadmodum alibi dicitur. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: & in ęternum nõ peccabis. Qui verò & præteritorum peccatorũ ueniam cõsecuti sunt: & in futurũ non peccant: alteram præcepti partem impleuerunt, quod uolenti uitã, & dies uidere bonos cupiẽti iubetur. Declinant enim à malo. Cùm autẽ uiuere uelle, unicuiq; sit proprium: & rarò fiat, ut uelimus, quod nullo pacto consecuturos esse nos credimus: quãdo in pręsenti uita nullo pacto futuros esse se credũt: necesse est, eos, cũra illi⁹ omissa, ad futuræ amorem accendi. Qui uerò futuram diligunt: nõ diuitias modò, uoluptates, & honores præsentis uitæ non amant: sed suam quoq; ipsorũ animã odiunt: memores illius dominicę sententiæ, dicentis. Siquis uenit ad me: & non odit patrem suum, & matrem suã, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc aũt & animam suã: non potest meus esse discipulus. At uerò, qui terrena cuncta despiciunt: qui suam ipsorũ animam odiunt: qui Christi discipuli facti iam sunt: cœlestia magnifaciãt oportet: Deum super oĩa diligant: magistrum'q; suũ, ubi esse illũ sciunt, sequãtur: ipsum cogitent: ipsum imitent: humilitatem custodiant: Humiliauit. n. se Christus, formam serui accipiens, in similitudinem ho-

minum factus, & habitu inuentus ut homo: patientiã seruent: seruauit enim & Christus: Qui, (sicut in Petri epl'a legimus) cũ malediceretur, non maledicebat: cũ pateretur, non cõminabatur: Charitatem diligant: dilexit enim & Christus: qui aĩam suam non pro amicis tm̃, sed pro inimicis etiã exposuit: solertiã ament: amauit enim & Christus: qui diem prędicationi, noctẽ orationi dabat: Liberalitatem amplectanť: amplexus est enim & Christus: qui, omnia hominibus cùm dedisset: seipsum insuper dedit: Sobrietatis habeant curam: habuit enim & Christus: qui totos quadraginta dies cũ ieiunaret: nihil aut comedit, aut bibit: Pudicitiam eligãt: elegit enim & Christus: qui uirginem matrem inuenit: ipse uirgo fuit: & Ioãnem apostolum, ꝙ uirgo erat, præ cæteris honorauit. Sic, alterã etiam præcepti partem implentes, faciũt bonũ: operibus, si possunt: uerbis, aut cogitationibus, si non possunt. Quis ergo in dubium reuocet: eos, qui peste cõfecti moriunť: in domino mori? Quis nõ uideat: unũ hoc morbi genus, quò formidolosius est; hòc esse morituris utilius? Quis non intelligat: Victorem nostrum, pestis uiolentia superatũ, cũ uictoria sui nominis excessisse e' uiuis? &, (Quãdo in domino mortuus est) beatũ esse? Beatum inq̃. Neq; enim mẽtita est uox illa, cũ dixit, Beatos mortuos, qui in domino moriuntur. At quonam pacto beatos?

cùm mors ipsa sit malum: & malo beatus effici nemo possit? An beatus est homo mortuus, non cùm moritur: si in domino moriatur? Nam & Apostolus, qui dicebat: dissolui, & esse cum Christo, multò melius est: cùm sciret, beatum esse nullum, dum moritur: Qui sumus, inquit, in hoc tabernaculo: ingemiscimus grauati, eò quòd nolumus expoliari, sed superuestiri: ut absorbeatur quod mortale est, à uita. Quanquam & illud à uero alienum non est: si Petrum audiamus dicentem: Siquid patimini propter iustitiam: beati: & rursùm Lucam. Illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Si enim beatus est, qui aliquid propter iustitiam patitur: & qui mortem propter iustitiam patitur: aliquid propter iustitiam patitur: beatus est profectò, qui mortem propter iustitiam patitur, etiam eoipso momento, quo patitur. Spe nanque saluus iam factus, præ illius, quod præstolatur, magnitudine boni, quæcunque patiatur incõmoda, minora esse cognoscit, quàm ut beatitudinem suam imminuant. Quaobrem, si Victoris tui causa doles; quòd multa simul cum uita amiserit: cogites necesse est: eum, cùm in domino mortuus sit, plura multò & pretiosiora lucratum: & eam, propter quam omnia illa, quæ amisit, bona quæri solent, beatitudinem consecutum: pro

paruis magna: pro terrenis cœlestia: pro temporalibus sempiterna possidere.

Omnes in præsenti uita quietis gratia laborare: sed eam non nisi in domino mortuos inuenire. Cap. IIII.

SED uideamus iam istas beatitudinis eorum causas. Requiescēt, inquit, a laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos. Scis (puto) ex quo tempore factus est homo in animam uiuentem: etiam priùs q̃ Dei mandatum prçteriisset, operi eum destinatū fuisse. Posuit eum, inquit, in Genesi Moses, in paradisum uoluptatis: ut operaretur, & custodiret illum: Postq̃ uerò præteriit: multò magis: quippe cui est dictum. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea. Et paulòpòst. In sudore uultus tui uescèris pane tuo. Vnde nō ab re in Iob Elipaz. Homo, inquit, nascitur ad laborem: & auis ad uolatum. Huic si quies nulla unquàm daretur: quis non miserrimam diceret conditionem nostram? quos (ut non dicam labores eorum, qui Romæ Episcoporum, Cardinalium, Summi pontificis domos inhabitant: qui utiq; tantò maiores existunt, quantò & ille, in cuius domo sunt, maior est) ex quo nati sumus tempore, laborare, sudare, fatigari usq; in extremū uitæ diem, sine ulla cessatione, oportet? Et quidem, sicut omnibus commune

eſt laborare: ita nullus eſt (ut opinor) qui laborem, & ſi ultrò eum ſuſcipiat: non ut quieſcere aliquando poſſit, ſuſcipiat: ſed dum in procelloſo huius uitæ mari iactantur: dum cupiditatis, aut timoris, gaudii'ue, aut doloris, uelut quibuſdam uentorum flatibus impelluntur: ubi quieſcant non habent: niſi fortè (quod paucis optimis, & his quidem munere Dei contingit interdum) in exceſſu mentis conſtituti, Creatoris pulchritudinẽ ueluti trãſeũtem. (neq; enim diutiùs in ea ĩmorari licet) aſpiciant. Cùm igitur non alia ex cauſa laborem ſuſcipiant homines, q̃ ut quieſcant aliquando: & quieſcere in hac uita plane non poſſint: cupiditatis quippe unius finis, alterius principium eſt) &, quibus plurima ex ſentẽtia obueněre: ii plura ſibi multò, quorum gratia dies noctes'q; laborandum ſit: deeſſe exiſtimẽt: & parta, ſeu ſeruare, ſiue diſpenſare uelint, labor non minimus ſit: Labor etiam grandis, amiſſa recuperare. cùm hæc, inquam, ita ſe habeant: optimè cũ illo actum uidetur: qui eam, quã hìc multis quæſitã laboribus inuenire non potuit, quietẽ tandẽ adeptus eſt. Adeptus eſt autem, qui in dño mortuus, requieſcere iã à laboribus ſuis meruit: & uidere, quod oculus nõ uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcẽdit: & ſatiari diuinę pręſentia maieſtatis: ſicut ait Propheta. Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: Satiabor, cùm

apparuerit gloria tua. Optimè itaq; cũ Victore tuo actum uidetur: qui, in domino mortuus cũ sit: laborum suorum quietem adeptus, migrauit a' sudoribus ad refrigerium, a' laboribus ad quietem, ab operis præsentis uitæ ad mercedẽ futurę. Iustus quippe (sicut scriptum est) si morte pręoccupatus fuerit: in refrigerio erit: in refrigerio aũt non quolibet, sed de quo ait Propheta. Transiuimus per ignem, & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. Qui. n. a' cupiditatũ ęstibus ad timoris aquas, ueluti ab Austro in Septẽtrionẽ impulsi sunt (neq;. n. in illis quiescere, neq; ab hoc esse possunt imunes, donec in dño tandẽ moriãtur) quid aliud, q̃ per ignẽ, & aquã transeũtes in refrigeriũ educunt? Hoc aũt refrigeriũ quale sit: ipse demonstrat: sequitur enim: Introibo in domum tuam: Ostendens, non aliter educi nos in refrigerium posse, q̃ si domum Dei introeamus. Quòd si intraturo domum Dei, etiã priusq̃ ingrediatur, refrigerium est: quid illi erit, qui iàm introiuit?

Quietẽ, quã ii, qui in dño mortui sunt, cõsequunt: bonis oĩbus abundare: ea'q; multò plura uideri, q̃ in pñti uita unq̃ fuerint uisa. Ca. V.

[S]ED age, quies hęc sola'ne, ac nuda quies futura sit? uideamus: an ẽt aliquid ultrà? Nam si, præter quietem, nihil est amplius habitura: & hæc ipsa q es futura est nuda: non deerunt fortassis, qui dicant:

torporem potiùs,& inopiam appellari debere: qđ absit ut de tantę beatitudinis domo, in quā nullus nisi probatus & opertum bonorum ple-nus admittitur: quispiam suspicet. Audiamus igitur, de cœlo uox missa quid dicat. Opera, in-quit, illorū sequuntur illos. Propheta, cùm de auaris, & ambitiosis in quadragesimooctauo psalmo loqueretur: ad eorū, qui in cibos paupe-rum omnes facultates suas distribuūt: & eligūt abiecti esse in domo Dei sui, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum: subleuādam spē, Ne timueris, inquit, cùm diues factus fuerit ho-mo: & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam, cùm interierit, non sumet o-mnia: neq; descendet cū eo gloria eius. Hic au-tem, opera, inquit, illorum sequuntur illos. Vi-de, quātum inter hos, & illos intersit. De illis dicitur. Beati mortui, qui in domino moriū-tur. De istis autem in eodem psalmo. Sicut o-ues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et rursùs. Vsq; in æternum non videbit lumen. De illis. Requiescent a' laboribus suis. De his autem: Laborabit in æternum. De illis. Ope-ra illorum sequuntur illos. De istis. Non sumet omnia: neq; descendet cum eo gloria eius. Quòd si eum plurimi arbitrarētur beatum: qui quod sibi & honoris & diuitiarum in hac uita quæsisset, id secum moriens posset in alia ha-biturus auferre: quáquá & auferre laboriosum

foret,& habere:non ibi magis beatum efficeret,q̃ hic fecit:ubi(quẽadmodũ supradiximus) parandi,seruandi,dispensandi,recuperandi, miseriæ multæ sunt:quantò æquius est: eum iudicari beatum:qui gloriosum operum bonorum fructum,quem in prima ad Corinthios epistola Paulus Apostolus,aurum,argentum, lapides pretiosos appellat:ueluti certam laborum, suorum mercedem,sponte sua sequentem habebit? Dicente in eadem epistola Paulo: si cuius opus manserit,quod superædificauit: mercedem accipiet: & Propheta in psalmo centesimouigesimosexto: Cùm dederit dilectis suis somnum:ecce hęreditas domini, filii merces, fructus uentris? Neq; enim sine causa, cùm de alicuius probati hominis morte scriptura sacra mentionem facit:eum plenum dierum,aut operũ bonorum affirmat:sicut in actibus Apostolorum Tabitam: de qua Lucas Euangelista cùm loqueretur:priùsquàm mortuam diceret: Hęc erat,inquit,plena opibus bonis, & eleemosinis,quas faciebat. Et in Genesi de Abraã: quẽ prouectę ætatis cùm dixisset:plenum dierũ adiunxit. Et in suo ipsius libro de Iob:qui mortuus scribitur senex,& plenus dierũ. Per dies(ut opinor)opera bona,quę coram hominibus, ut glorificẽt Patrem nostrũ,qui in cœlis est, fiũt, significantibus ubiq; scriptoribus: ut siquẽ de illorũ,quos mortuos narrant, morte dolorem

in auram: & siluerunt fluctus eius: & lætati sũt, qa siluerunt: & deduxit eos in portum uolũtatis eorũ. Mortuo quippe in domino homine, procella eius in auram uertitur: unde nõ rigor, sed refrigerium sentiatur. Silent fluctus: nec est ꝙ uel secũda erigant: uel aduersa deiiciant. Lætantur: quia siluerunt. Non. n. erit amplius neq; luctus, neq; clamor: sed nec ullus dolor: q̃ prima abierunt: & deducunt in portum uoluntatis eorũ: portum quietũ, portum tranquillum, portum securum, portum placidũ, portũ optatum, portum, ad quem remis uelis'q; contendebant. Portum, inquit, uoluntatis eorũ. & quęnã est eorũ uoluntas: nisi ea, quæ & cæterorũ hominum: ut bonũ, & hoc ip̃m sũmum ac sempiternum inueniãt: qđ iis proculdubio euenit: q, in domino mortui, deducti iàm sunt in portum uoluntatis suę. Nam cæteris ne bonũ quidem dici meretur, qđ habent: nedum sũmum aut sempiternũ bonũ est. Et qm̃ de portu sermo est: attẽdamus, quid in hoc portu amplius uideatur: q̃ in mari uiderimus. Solẽt mercibus onustæ naues magis in portu onustæ uideri, q̃ in alto sunt uisæ. Vbi enim minus est aquæ: cùm repellere ac sustinere minùs possit: oneri cedat oportet: demergi'q; ampliùs sinat. contrà uerò ubi plus: quod utiq; in mari est: cùm uis ea sit aquæ: ut sursùm uersùs compellat: repellat necesse est onus, atq; sustineat: nec de-

mergi idētidem sinat. Hoc iis euenit, qui in domino moriuntur. quandiu enim in huius uitæ mari, uelut onusta quædam operibus bonis nauigia, fuerunt: minus pleni uisi sunt: septies qppe in die cadit iustus: & : Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis nō est: hæc sursùm uersùs compellunt: nec demergi identidem sinūt. At uerò, cùm in portum deducti iàm sunt: ubi, quod sursùm uersus compellat, Superbiæ profundum non est: bonis pleni operibus, onusti magis & esse uidentur, & re uera sunt. nec est q̄ timeant articuli in pariete scribentis interpretationem illam, de qua apud Danielē legitur: ut dicatur alicui eorum. Appensus es in statera: & inuentus es minus habens. Si enim appendantur in ea: inuenientur plus habere, & præ humilitatis magnitudine demergi profundiùs: utpote cùm humilitatis gloria comes existat: (Qui enim se humiliat, exaltabitur) & gloriæ, quæ solida & plena gloria est, insit pondus. Dicente in secunda ad Corinthios Paulo. Id, quod in præsenti est momentaneum & leue, tribulationes nostrę, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quamobrem, cùm eorum, qui in domino moriuntur, opera suos sequantur authores: & pleni dierum, atq; operum bonorum, de peregrinatione in patriam, de mari

in portum perueniant: onusti'que pretiosis mercibus magis & uideantur, & re uera sint: Victoris tui gratia lęteris oportet: quando, in domino mortuus, ea consecutus est omnia, quæ uix optare uiuus auderet.

Quietem, quam ii, qui in domino moriuntur, consecuturi sunt: assiduis Dei laudibus occupati: eas'que delectationem afferre, qualem in pręsenti uita expertus est nemo. Cap. VI.

VIDIMVS: non nudos, aut inanes abire, qui in domino moriuntur: uideamus iam: sola'ne quies futura sit hęc: an operis etiam aliquid habitura? Nam, si operis est aliquid habitura: falsum esse uidebitur, quod ait. Requiescent a' laboribus suis. Operis enim comes esse consueuit labor, quieti utique contrarius. Contrà, si sola futura est quies: uidebitur itidem illud falsum, quod ait. Opera illorum sequuntur illos. Nisi fortè opera quispiam ita intelligere uelit, ut ædificium, uel huiuscemodi aliud: in quo & extruendo laboratur: & extructo quiescitur. Sed nos, esse aliquid in operibus istis intelligimus, quod torporem ita excludat: ut quietem non turbet. Torporem quippe non culpam modò, sed pœnam esse, certum est: & in eo regno tam pœnam nullam esse, quam nullam culpam. Vtrunque au-

per diem: nox enim non erit illic. Non dolebunt. scriptũ est enim. Iam non erit ampliùs neq; luctus, neq; clamor: sed nec ullus dolor. Non raucescent. Qui enim raucescũt: ideò raucescunt: quia laborant clamãdo: teste Propheta, qui ait. Laboraui clamãs, raucæ factę sunt fauces meæ. Ibi autem requiescent à laboribus suis. Erit igitur quod operentur, quod fatiget non erit. Requiescent à laboribus suis: & laudandi Deum, requiem non habebũt. Quòd si etiam iis, qui ea tantũ, quę carnis & huius mundi sunt, sapiunt: musicæ oblectatio tanta est: ut, cùm studiosiùs paulò, & attentiùs alicuius (forsasse etiam meretricis) laudes cecinerunt: suauitas eis ex eo concentu atq; harmonia quædam mirifica in animis relinquatur: maior aũt multò existat: dum canunt: q̃q̃ ad famen, sitim, somnũ, laterum & uocis fatigationem, quam diximus, accedant: plerunq; & incõmoda alia, ut noctis, imbrium, frigoris, aut caloris, & obstrepentium: & aduigilũ qui ciuitatem custodiũt, uel riualis, interdum etiam & domesticoꝝ improuisum impetum propulsandũ, armatos circa se habere, ipsi itidem armati cogantur: quanta per imortalem Deum, habitãtibus in domo domini, ac ea, q̃ spiritus & cœlestis regni sunt, tantùm sapientibus, debet esse suauitas: qui studiosissimè atq; attentissimè non cuiuscũq;, sed Dei, regis ac domini sui, eiusdem'q; summi ac

ueri boni laudes concinentibus sibi angelorum & sanctorum choris, nihil in se, nihil extra se incōmodi aut perturbationis sentientes, in secula seculorum decantant? An tibi hoc parum uidetur, quod ait Propheta: Beati, qui habitant in domo tua domine: in secula seculorū laudabūt te? Et cui beatiùs lingua nostra inseruiat, q̃ ei, qui fecit eam? Sicut in Exodo ipse ait. Quis fecit os hominis? aut qs fabricatus est mutum, & surdum, uidētem, & cæcum? Nonne ego? Cui rursùs suauiùs cantet, q̃ ei, de quo ait Propheta: Gustate, & uidete, quoniam suauis est dominus? Cui postremò perseuerantiùs seruiat, q̃ ei, a quo & pseuerandi uires, & in perseueratione dulcedinem, & in dulcedine præmium accipit? Laudauit Victor tuus, cū adhùc nobiscum degeret, dominum, canēs & psallēs (sicut ait Apostolus) in corde suo domino: sed non continuè: Alia quippe interuenerūt negocia: quę, cùm sine peccato tractari possent: absq; ingenti uel periculo, uel incōmodo prętermitti non poterant. Id ipsum etiam tempus, quod laudando tribuebat Deo: irrūpentibus ex improuiso persæpè (ut occupatissimo cuiq; fermè accidit:) aut etiam surrepentibus (ut minùs occupato euenit) curis, non totum tribuebat: sed cogitatione aliud longè diuersum agente, lingua sola laudabat. quemadmodum scriptum est. Populus hic labiis me honorat: cor autem

eorum longè est a me. Hæc opera eius erant: sed imperfecta, & quæ ne ipsi quidem authori planè satisfacerent. Cùm enim aliquando raptum se cerneret, quò non uolebat: dicebat intra se (puto) cum Apostolo ad Romanos. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Laudat nunc eũ tandem, & continuè & attentissimè: quippe cui nullum sit negocium aliud, quod, si prætermittatur, uel periculum afferre cuiquã, uel incõmodum possit: & diuinæ præsentia maiestatis nullas alias aut irrumpere, aut surrepere cogitationes permittat. Hæc opera eius sunt: sed perfecta: & quæ non Deo minùs, q̃ authori suo sint grata. Secuta sunt autem illum: sed ita: ut quantò nobilior est domus domini, de qua dicit Propheta: Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum: diuersorio serui, de quo scriptum est: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem: tantò nobiliora sint ea ipsa nunc, q̃ antea fuerint.

Pacem carnis cum seipsa, & cum spiritu, itemq́ spiritus cum seipso & cum carne, similiterq́ a dæmonum & malorum hominum impugnatione, Victorẽ, quia in domino mortuus est, consecutum iam esse.

CAP. VII.

QVID autem de pace dicam: quam cùm apud nos assequi nunq̃ potuerit: nũc tandem assecutus intelligit, quid sit pax Dei, quæ exuperat oẽm sensum? sicut in epistola ad Philippenses scribit Apostolus. Nam hìc decertatur assiduè bellis, non manifestis tantùm, atq; extrinsecis, sed domesticis, & occultis. Struuntur aduersùs nos quaquauorsum insidiæ: capiuntur incauti. Impetus contra cautos fit. Caro (sicut ad Galatas scribit Apostolus) aduersùs spiritum concupiscit: spiritus aduersùs carnem. Hæc sibi inuicem aduersantur: ut non quæcunq; uolumus, illa faciamus. Quod & in epistola ad Romanos ostẽdit, dicens. Non quod uolo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Et rursùs. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati: quæ est in membris meis. Sed & aduersùs seipsam caro contendit: & humidi ac sicci, calidi'q; ac frigidi pugna continua fit: donec mors eam superueniens dirimat. Spiritus itidem contra se diuisus descendit in campum: &, dum animæ inferior pars uideri uult superior: aliud bellum intra nos plusq̃ ciuile, plusq̃ domesticum geritur. Accedit ad hęc, malorum spirituum numerosus exercitus: qui, cùm impetum in nos per infortunia & calamitates ferocissimum fecerint: quotquot eo modo uin-

cere non potuerunt: secundis rebus & prosperis adoriunt: sæpe'q; a' miseris extorquent hominibus: ut qui uincere & regnare potuerant: uinci ac seruire malint. Cōtra quos Apostolus in magnifica illa, quam ad Ephesios scribit, epistola, armari nos admonet, dicens. Induite uos armaturā Dei: ut possitis stare aduersùs insidias diaboli: quoniā non est uobis colluctatio aduersùs carnem, & sanguinem: sed aduersùs principes & potestates: aduersùs mundi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quid uerò de eo belli genere loquar, quod peruersi hominū improborum mores inferunt malis exemplis quotidie, iniuriis autem & contumeliis frequenter? Aduersùm quos, dū uel secretò detrahunt nobis: uel apertè maledicunt: & dictis interdū facta addentes uel bona nostra inuadunt: uel in nos ipsos impetum faciunt: iugiter decertandum est? Et, si decertandum non est: quod auferenti a' nobis tunicā, præbere uelimus & pallium: ac percutienti in vnā maxillam, porrigere nō recusemus & aliam: (q̄q̄ quis est, qui hoc faciat?) pacem tamen habere non possumus: q; eos dolemus, non quales nos sumus, existere. In his tātis tam'q; periculosis bellorū ex omni parte incursantium tumultibus die noctu'q; pugnare difficile est: difficilius non uinci. At uerò pace frui posse, omninò impossibile. q; si absq;

pace ne uita quidem esse potest iucũda: & quæ pacem habet, iucundissima est: non est, cur Victoris nostri gratia doleamus: qui uitam eam amisit, quæ plena erat tumultus: cũ eam inuenisse illum sciamus, quæ ad rerum oĩum abundantiam etiam pacis multitudinẽ habet: sicut scriptum est per Prophetã. Mansueti autem hæreditabunt terram: & delectabimur in multitudine pacis. Terram aũt non hanc nostram: sed eam, de qua per eundem Prophetam dicit. credo uidere bona domini in terra uiuentium.

Victorem beatorum omnium & Christi secundùm humanitatem, postremò ẽt ipsius Dei, uisione atq; assistentia, esse beatum. Visionẽ aũt & ꝙ pulcherrimarũ, & q̃ mirificè delectarum sit rerum, delectabilissimam esse. Cap. VIII.

IAM uerò illud quãtæ beatitudinis est? ꝙ Deum, in quem desiderant angeli prospicere: quocũq; uertatur uidet? non ultrà per speculum in ænigmate, ut olim: sed facie ad faciem: Et, cùm de angelis, qui etiam Angeli nostri uocantur, propterea ꝙ nostri curam gerunt: Saluator dicat: Angeli eorum semper uident faciem patris: in eam, quæ angelorum quondam solorũ fuit, beatitudinem accersitus, multò nunc feliciùs delectetur, q̃ unquã anteà in terrenarum apparatu pomparum delectatus sit. Nam si ad ea, quæ istic fiunt, terrenarum rerum spectacula ex

tota urbe, interdũ etiam ex finitimis locis ideò conuenitur; quia spectare, delectatio quædam est: & tanto studio cõuenitur: ut se mutuo cõculcent in turba: nonnunq̃ etiam opprimant: quantò est ad illud studio cõcurrẽdum: quod, in cœlo cùm fiat: & omnium, quæ ingenio humano excogitari possunt, maximũ sit: immò etiam maius, q̃ ut humano excogitari possit ingenio: delectationem talem, tantam'q; affert: ut meritò beatus dicatur, qui eo' semel peruenire meruerit? Ad hoc autẽ cùm ueluti de longinquis regionibus Victor noster ascenderit: quis eius gratia doleat: qui illud modò Saluatoris nostri legerit dictum, ubi ait: Beati mundo corde: quoniã ipsi Deum uidebunt? Pulchrum est, ascendisse in cœlum: Pulchrum, inter hominum atq; angelorum choros uersari: Pulchrum, uirginem matrem Mariam, reginã cœli, angelorum dominam, seculi aduocatã, uirtutum monilibus ornatam, formosam, ut Luna, electam, ut Sol, terribilem, ut castrorum acies ordinata, iuxta filium suum, Deum ac dominum nostrum, assistentibus undiq; cœlestis regni proceribus, in throno gloriæ residentẽ, mẽtis oculis intueri: Pulchrum est, Christum, de quo legimus Prophetam dicentem: Speciosus forma præ filiis hominum: Deum uerum, & hominẽ uerum, secundũ humanitatẽ similem nobis, secundũ diuinitatẽ Patri æqua-

lem,in splendoribus sanctorum,ad Dei Patris dexteram,in carne quam pro nobis assumpsit, sedentem,suos'q; inimicos scabelli more pedibus conculcantem,aspicere:Sed pulcherrimũ: & quod omnia, quæ ubiq; sunt, pulchra facilè superet:Deum creatorem omnium,uisibilium atq; inuisibilium,reuelata facie contemplari:& (sicut in epistola sua prima Ioannes ait)uidere sicuti est:nec solùm uidere:sed similem ei esse. Nunc enim,ait,filii Dei sumus:& nondùm apparuit,quid erimus.Scimus autẽ: quoniã,cùm apparuerit:similes ei erimus:quoniam uidebimus eũ sicuti est. Quòd si inter uos aliqui sunt (ne omnes dicam)qui,cùm Summo Pontifici, sacris decorati uestibus, mitris'q; coronati in populi Romani,& aduenarum ex omni Christiani orbis parte istuc confluentium conspectu assistitis: mira nescio qua gloriæ humanæ dulcedine pertentamini: maxime'q;,si ab illorum uos aliquo uidendos intelligatis,quibus, cùm adhuc eo in statu non essetis: noti eratis: cùm tamen & morte omninò terminandam esse huiusmodi gloriam non ignoretis: & ex aliorum casibus etiam ante mortem terminari posse sciatis: & ille ipse,cui assistitis:similis uestrum sit : homo, quantum ad corpus attinet, corruptibilis,& mortalis: q̃tũ verò ad animã pertinet:neq; Petro sanctior,neq; Paulo sapiẽtior: si(inquam)inter uos aliqui sunt, qui, cùm

ei assistitis,mira nescio qua glorię humanæ dulcedine pertentamini:quid Victori nostro putamus esse dulcedinis:qui sancto sanctorũ Deo, incorruptibili & immortali,a`quo oĩs sapientia est: ueste immortalitatis indutus,& mitra innocentiæ coronatus,in angelorũ atq; sanctorũ ex omni populo,lingua,& natione,congregatorum oculis assistit:& uideri se,non ab uno aliquo,aut duobus,sed a` compluribus,quibus anteà notus erat,intelligit? cùm præsertim neq; morte,neq; alia quauis ratione,terminandam esse gloriam eam intelligat?utpote quam neq; error induxit:sicut in Ecclesiaste scriptum est: Malum quasi per errorẽ egrediens a` faciẽ principis,positum stultũ in dignitate sublimi: neq; adulatio decipit:quẽadmodũ eodem in libro legitur:Melius est a` sapiente corrigi:q̃ stultorum adulatione decipi:neq; oppugnat inuidia:sicut idẽ ait:Contẽplatus sum oẽs labores hominũ, & industrias:& animaduerti patere inuidiæ proximi? Adde uerò & hoc,si lubet: (aliud est.n.uidere quæ nouitate,aut pulchritudine, aut uarietate,aut magnitudine sua delectent:& aliud uidere,quę,quia mirificè diligis, uidere cõtinuò uelis)q;,cùm ad eas nuptias admittatur nemo, qui uestem nuptialem non habeat:& per uestẽ nuptialem rectè charitas intelligatur: quę tanq̃ uestis quædam longa & lata peccatorũ operit multitudinem: igressus illùc Victor noster,frui-

tur:iam aspectu Dei:quem nō super cætera corporea & incorporea solùm,sed super suā quoq; ipsius animā diligit. In cuius cōtemplatiōe ita quilibet satiatur:ut non fastidiū,sicut in cęteris uoluptatibus,sed desiderium satietas pariat. Etenim,cū bonū singuli,natura duce,diligamus: qđ sūmè bonum est:id sūmè diligamus oportet. Cùm aūt summo bono melius inueniri nil possit:id ipsum sūmum bonum & satiet necesse est,& accēdat:quia sūmum est. Neq;.n.priùs accendi cessant desideria nostra,q̄ qđ expetunt bonū assecuta sint totum:Totum aūt assequi sūmū bonū,non nisi qui summus est,ualet. Neq; rursùs in eo,quod assecuta sunt,non satiantur: quoniā quantulū quātulum assecuta sint:plena atq; absoluta beatitudine perfruūtur. Qđ si rerum corruptibilium,& fortassis etiā iam corruptarū,amatoribus tanta delectatio est, frui uel ad horam eo posse,qđ amant:ut hac de causa non incōmodis modò & dānis,sed ignominię quoq; & morti se offerant:cùm tamē idem ipsi cognoscant,sese & infelices esse, cū non fruuntur:& infeliciores multò, cùm fruūtur: Quāta, obsecro te,nunc Victoris nostri uoluptas est: Deo,quē sūmè diligit:à quo aliena est omnis corruptio:posse in sempiternū frui:cùm & sine ullo incōmodo,aut periculo istud possit:& felicem se tātisper fore cognoscat,dum fruitur? Exclamat,in Eunucho Terentii,iuuenis īpudicus.

O populares,ecquis uiuit hodie me fortunatior?Nemo hercle quisq́.Nam in me planè dii potestatem suã oẽm ostendêre:cui tàm subitò tot contigêre bona. Mox lætitiæ causas explicans,O Parmeno mi,inquit:o meatũ uoluptatũ omniũ inuentor,inceptor,perfector:Scin me in quibus sim gaudiis? Scis,Pamphilã meã inuentam ciuem?Scis,sponsam mihi? Quid putas fecisset:si cœlestium amore succensus,Deũ, qui ipse ẽt totus est amans:sicut Ioãnes in epistola sua scribit:Deus charitas est: scisset inuentum ciuẽ?At fortasse ciuis inueniri non potest? Et quid,oro,sibi uolũt illa eiusdem Ioãnis uerba,quibus ait:Verbum caro factum est:& habitauit in nobis?Et illa Pauli Apostoli in epistola ad Philippẽses:In similitudinem hominum factus,& habitu inuentus ut homo?Quid fecisset:si suam illi animã sponsam audisset: quẽad modũ in secunda ad Corinthios Paulus dicit: Despondi.n.uos uni uiro uirginẽ castam exhibere Christo? ut ubi nuptiarũ tempus instaret, iam iam'q; expectaret audire:Ecce sponsus uenit:exite obuiam ei?Quã se meliùs fortunatũ existimasset:in quẽ non dii,qui nihil sunt: sed Deus unus & uerus potestatẽ suã omnẽ ostendisset?quã parcẽdo maximè & miserando manifestat:(uincit.n.se ipsum,dum parcit) cui tot, subitò,& tam grandia obtigissent bona: ut ea planè neq; oculus uiderit:neq; auris audiuerit:

neq; in cor hominis aſcenderint: quãtas ei gratias & haberet & ageret: quem inuentorem, inceptorem, perfectorem ſuæ huius ſempiternæ uoluptatis habuiſſet? Nõ temerè, neq; ab re (ut opinor) cùm de amore nobis eſt ſermo: amantis affectum expoſuimus: ut, quoniã intelligi à nobis, quãdiu in hoc corpore degimus, nihil poteſt, quod non aliquo priùs corporis ſenſu perceptum ſit: ex iis, quę notiſſima ſunt: & nullo poſſunt modo negari: coniecturam facere liceat: quænam aut qualia ſint, quę, horum ſimilia cùm credantur: nullo tamẽ adhuc ſenſu corporis percepta ſunt. Inuiſibilia enim Dei (quẽadmodum ſcribit Apoſtolus ad Romanos) à creatura mũdi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur. Neq; par eſt: minorem eſſe ſpiritualis amoris uehementiã, q̃ carnalis: cùm eædem utrobiq;, amandi qđ bonũ eſt, cauſæ ſint: ſed in illo ueri ac permanentis boni: in hoc autem falſi, atq; incerti.

Victorem, oĩum, quæ ſciri humano ingenio poſſunt, ſciẽtiam & certam & integram, ſine ullo labore, ſumptu, aut incõmodo, aſſecutũ: Ac eſſe in cœleſti regno ius quoddam ciuile, & Põtificium, & Philoſophiam, & Theologiam, longè iſtis noſtratibus meliora. Cap. IX.

ED proſequamur iam (ſi lubet) & cætera, quæ Victori noſtro cum iis, quas ſuprà numerauimus, rebus ob-

tigerunt bona: Scientiam dico, gloriam, amicitias, malorum pręteritorum sensum nullum, memoriam periucundam pręsentiũ & futurorũ, ne cogitationẽ quidem, nedum dolorẽ aut timorẽ ullum. Quæ sicui uel singula hac euenissent in uita: eum omnes uno ore beatissimũ prædicarent. Quantula.n.esse potest nostra hęc diuinarum atq; humanarum rerum seu sapientia siue scientia: quã summis assecuti laboribus nisi assidua meditatione ac studio retineamus: tàm citò amittimus: ut citiùs nihil: cùm de hac ipsa is, cui promissione diuina inter omnes, qui antè fuerunt, aut pòst essent: sapientia atq; intelligentia nullus similis fuit: in Ecclesiaste dicat:

Apposui cor meum, ut scirem sapientiam: & intelligerem dissensionẽ, quæ uersàtur in terra: & intellexi: ꝙ omnium operũ Dei nullam possit homo inuenire rationem eorũ, quæ fiunt sub sole: & quãtò plùs laborauerit ad quęrendum, tantò minùs inueniat? Quantula esse potest: cùm illud electionis uas, armarium scripturarum, gentium doctor, Apostolus Paulus, qui & in terra sub Gamaliele plurima didicit: & in cœlo audiuit arcana, quæ non licet homini loqui: in pria ad Corinthios epistola dicat:

Ex parte cognoscimus: & ex parte prophetamus? & rursùs. Videmus nunc per speculum in ænigmate? Et iterùm. Nunc cognosco ex parte? Quantula (inquam) esse potest sciẽtia nostra

hæc: cùm de ipſa Propheta Dauid in pſalmo ſeptuageſimoſecũdo dicat: Exiſtimabam ut cognoſcerem hoc labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuariũ Dei? Quòd ſi aut nulla eſt, aut minima: (nullã enim illorum, quæ ſub ſole fiunt, inueniri poſſe rationem, dictum eſt: & ex parte prophetare: ac per ſpeculũ in ęnigmate uidere: atq; ex parte cognoſcere: aut potiùs exiſtimare cognoſcere) falſum ſapiunt, atq; incertum omnes: & hoc ipſum falſum, atq; incertum, difficile atq; laborioſum exiſtit: atq; inter nos rati ſunt: qui unam aliquam diſciplinarũ abſolutè aſſecuti putentur: cõtrà uerò plurimi, qui ne ſummis quidem labiis (ut uulgo aiunt) attigiſſe uideantur: & non ſcire aliquid modò, uerùmetiam putare ſcire quod neſcias, intellectum, quæ pars eſt rationalis animæ una, mirificè oblectat: uſq; adeò: ut, cùm quid pro uiribus noſtris aut intelleximus, aut intellexiſſe nos arbitramur; felices nos eſſe putemus: ſi hęc, inquam, ita ſe habent: quid Victori noſtro beatitudinis eſſe dicemus; qui in Chriſto Ieſu domino noſtro, de quo per Prophetã dicitur: Magnus dominus noſter: & magna uirtus eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus: & per Apoſtolum Paulum in epiſtola ad Corinthios prima ſcribitur: Nos autem prædicamus Chriſtũ crucifixum: Iudæis quidem ſcandalũ: gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem uocatis Iudæis,

atq; Græcis, Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam: quia, quod stultum est Dei: sapiẽtius est hominibus: in Christo, inquã, Iesu domino nostro, de quo hæc, & alia huiusmodi scripta sunt plurima: quicquid sciri humano ingenio potest, intuetur, cùm facie ad faciem, tùm uerò ex toto? Ait enim Apostolus: Cùm uenerit quod perfectum est: euacuabitur, quod ex parte est: & hoc ipsum, quod intuetur, uerum scit esse, ac certum: ut nulla ei tandẽ uel erroris falsitas, uel dubitationis trepidatio relinquatur. Et, cùm alii, studiis operam daturi, Patauium, alii Bononiam, Perusium alii, quidam superãt Alpes: nonnulli mare traiiciunt: multosq; ibi annos cum ingenti sumptu, & magnis degunt incõmodis: & ut iuris ciuilis, aut pontificii, uel philosophiæ, aut certè theologiæ aliquid discant: uoluntariam relegationem suscipiunt: & tamen amicorum, aut consanguineorũ nullus est, qui non illis etiam malè esse malint: dum quod se dignũ est, discant: q̃ benè, si nihil sciãt: & nos Victoris nostri causa lamẽtabimur: quẽ sine labore, sine sumptu, sine incõmodo, ab exilio præsentis uitæ, in patriam cœlestem ascendisse, ac benè habere, & omnia iàm, quæ scire intellectus noster potest: suis ex causis didicisse cognoscimus? Omnia, inquam: (neq; enim si nulla ibi est lis, continuò ius ciuile, aut pontificium, nullum est: neq;, si nulla disputandi ma-

teria: continuò philosophia, aut theologia nulla) sed tantò præstantiora hæc ibi omnia sunt: q̃tò & excellentior ciuitas: de qua in Apocalypsi Ioannes, Sustulit me, inquit, in spiritu in montem magnum, & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, nouam, descendentem de cœlo, habentē claritatē Dei, cuius ex iaspide murum magnū & altum, custodes angelos, mensuram quadram & amplam, plateam ex auro, portas ex margaritis, fundamenta ex omni lapide pretioso, tēplum Deum, lucernam, Lunam, & Solem, claritatem Dei esse describit. De qua etiam ad Esdram angelus, Ciuitas, inquit, est, ædificata & posita in loco campestri. est autem plena omniū bonorū. Introitus eius angustus, & in præcipiti positus: Et quæ sequuntur. Quòd si talis, tanta'q; est ciuitas: & ciues habet, quales quantos'q; habere meretur: sicut in epistola ad Ephesios Paulus scribit: Ciues sanctorum, & domestici Dei: (alioquin enim nec ciuitas esset) ius inter eos ciuile esse oportet: nō quale nostrum hoc, quod pro morum ac tēporum uarietate mutatur: sibi'q; subinde contrarium inuenitur: sed unum, atq; immutabile: in quo eam primam esse legē existimo: ut qui ante Adæ peccatū potuissent non peccare: post peccatum uerò non poterāt non peccare: nunc iam peccare ultrà non possint. Eam secundam: ut omnia cōmunia, quin

potiùs

potiùs omnia ſingulorũ, & ſingula omnium ſint: omnes autem Dei. Eam tertiam: ut q̃q̃ gradus ibi ſunt multi: & Angelos, Archangeli, Archangelos autem principatus, Principatus uerò poteſtates, Poteſtates autem uirtutes, Virtutes uerò dominationes, Dominationes autem throni, porrò Thronos Cherubin: & Cherubin, Seraphin, meritis ac dignitate, excedãt: eademq; ſanctorũ utriuſq; ſexus, qui in domino mortui ſunt, coniugatorũ, continentium, uirginum, ſeu confeſſores illi ſint, ſeu martyres, ſeu apoſtoli, ſiue prophetæ: exiſtat conditio: Nullus tamẽ magis, aut eſſe uelit, quod non eſt: aut æquali, uel ſuperiori alicui inuideat: q̃ humano in corpore, uel pedes eſſe cupiunt, quod manus ſunt: uel oculis inuident manus. aliasq; itẽ huiuſcemodi plurimas, quas & ſcire, & ſeruare, eius urbis ciues oporteat. Cùm autem & Pontificem habeat, de quo in epiſtola ad Hebręos Paulus dicit: Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactũ, ideſt, non huius creationis, neq; per ſanguinem hircorum, aut uitulorum, ſed per proprium ſanguinem, introiuit ſemel in ſancta, æterna redẽptione inuenta: & ipſe Pontifex ſacerdotes, de quibus in Apocalypſi ſcriptum eſt. Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecũda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacer

dotes Dei,& Chriſti.Ius quoq;(ni fallor)Pon-
tificium ſuum habet:ſed tantò hoc noſtro ſan-
ctius:q̃tò & Pontifex melior. In eo eam primã
eſſe legem exiſtimo:ut non quotidianum mo-
dò ſinguli Deo laudis holocauſtum offerant,
ſed continuum : ſicut per Prophetam dicitur.
Beati,qui habitant in domo tua,domine: in
ſecula ſeculorum laudabunt te.Et rurſùs. Sacri-
ficiũ laudis honorificabit me: & illìc iter, quo
oſtendam illi ſalutare Dei. Eam ſecundam: ut
miſeriarum,quas Dei beneficio euaſerunt,me-
mores,miſericordias domini multas decãtẽt:
quemadmodum apud eundem Prophetam le-
gitur. Miſericordias domini in æternum can-
tabo.Et iterùm. Miſericordiã,& iudicium can-
tabo tibi,domine. Eam tertiam:ut tanta ſe mu-
tuo beneuolẽtia proſequantur: q̃tum in hac ui-
ta exprimere nullus poſſit:& (quod ex hac be-
neuolentia oriri certum eſt) ſingulorũ cõmo-
da,uoluptates,honores, uniuerſi propria iudi-
cent:itemq; uniuerſorũ bonis ita ſinguli per-
fruãtur,ut ſuis: Aliasq; item huiuſcemodi mul-
tas leges:quas(uti ſuprà diximus)ſcire,atq; ſer-
uare,Dei & Chriſti ſacerdotes oporteat. Cùm
autem philoſophi nihil aliud ſint, q̃ ſapientiæ
amatores:& Chriſtum Dei ſapiẽtiam eſſe,non
ſolùm Apoſtolus,ſed etiam Propheta teſtatur:
qui ait: Quàm magnificata ſunt opera tua,do-
mine:oĩa in ſapientia feciſti: feciſſe utiq; Deũ

Patrem,in Filio,qui & sapiētia eius est: his uerbis uniuersa significans. Vnde & alibi scriptū est. Omnis sapiētia a' domino Deo est: & cum illo fuit semper: & erat ante æuum. Ii (mea quidem sententia) uerè philosophi sunt: qui Christum amant. Amant quippe sapiētiam ueram: non hāc, de qua scriptū est. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Cùm autem Philosophiæ huius nostræ tres (ut ita dicā) sint partes: moralis, naturalis, & inspectiua: illius etiā, quæ, sursum est, totidem uelut partes quasdam esse consentaneum est. Moralem, quæ, uitiis exclusis, uirtutes inducat. Excluduntur autem uitia: dum fit quod in Apocalypsi dicitur. Foris canes, & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruiētes, & omnis, qui amat, & facit mēdacium. Inducuntur uirtutes: dum fit, quod in psalmo octogesimotertio dicitur. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de uirtute in uirtutem. Naturalem, quæ, uniuscuiusq; rei conditione discussa, nihil omninò contra naturā gerat inuita: sed in quos producta sunt usus, eis singula quæq; accōmodent. Et quid, obsecro, magis secundū naturā est, q̄ Creatori creaturā adhærere: sicut Dauid noster ait: Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in domino deo spem meam: & cætera quidē, propter Deum, Deum autē propter eum ipsum colere: cùm ea conditione creata sint, quæ ratio-

nem habent, uniuersa: ut summum bonum intelligerent: intelligẽdo amarent: amando possiderent: possidendo fruerentur? Id autẽ ipsum summum bonum (q̃q̃ & hoc fieri nequeat melius) diffundi tamen eò ampliùs uelit: quò cæteris, quæ per similitudinẽ quandam bona dicuntur: melius, quinimmò omniũ longè optimum est. Porrò inspectiuã, quæ, superatis uisibilibus, cœlestia & diuina maiora, q̃ ut corporeo cõprehendi possint aspectu, contempletur? Et quid (oro) cœlestius, quid diuinius, quid, q̃d corporeo minùs cõprehendi possit aspectu: q̃ Deum terræ ac cœli creatorem uidere? scireq́ꝫ, quo nam pacto Spiritus sanctus, à Patre procedat, & Filio: Filius ex Patre solo sit natus? Cùm tamen neq́ꝫ Spiritum sanctum Pater, & Filius, neq́ꝫ Filium Pater puncto temporis antecesserit. Deniq́ꝫ cùm Theologiæ scientia omnis circa Dei contẽplationẽ uersetur: & Deum in hac uita, neq́ꝫ corporeis oculis ullo modo, sicut in Exodo dominus ait: Non uidebit me homo, & uiuet: neq́ꝫ oculis mẽtis, nisi ex parte, & per speculum in ænigmate (uti suprà ostendimus) uidere quispiam possit: illa uerò theologia est: quæ ex toto, & facie ad faciem, diuinam substãtiã contẽplatur: uidet'q́ꝫ quod antè crediderat: unum esse Deum essentia, personis trinum: & ita singulam quãq́ꝫ personã Deum esse, ac dominum: ut tamen non tres, sed unus tãtùm sit

Deus, ac dominus. Quæ si nobis(prout possumus)in hac uita scire iucundum est: multò certè nunc Victori nostro iucundius est, perfectè scire. Quamobrem, si eum amas: (amas autem: scio) gaude: quod Iuris Ciuilis, & Pontificii, Philosophiæ, atque Theologiæ discendæ gratia cùm in cœlum profectus sit: absque uel tuo sumptu, uel incõmodo suo (quod nunquam in hac uita positus assequi potuisset:) summus euasit: didicit'que sine labore ullo, eas disciplinas, & meliores, & meliùs, quàm hìc usquam gentiũ discere potuisset. Equidem arbitror: eum nunc meam, atque similium, qui in literarum studiis, nõ nihil profecisse putamur: ridere scientiam: multo'que ampliùs studium: quod dies noctes'que laborantes, ne minimã quidem scientię illius partem attigerimus: quã ipse nullo labore, quãtùm & quàm citò uoluit, assecutus est: & si digni essemus, cum quibus loqueretur, fortasse dicturũ. Quid iam cæci, & in tenebris cõmorantes, ex libris, aut præceptoribus quæritis, quæ in libris, & apud præceptores inueniri non possunt? Scientia uestra ignorantia est. Nos uerè scimus: nos in Dei sapiẽtia mentis oculos dirigentes, & cum eo beatorum spirituum genere, quos Cherubin, idest sciẽtiæ plenitudinem uocant: familiariter colloquentes, quę sciri possunt uniuersa, percipimus. Nos intellectus, quæ una est animæ nostræ pars: felicitatem eam cõsequimur, quam consequi in-

tellectus potest: dum uerũ, uerè scimus,& hoc ipsum scire nos insuper intelligimus. Quin potiùs quæratis,quo pacto huc ascendatis:& nobis,q misericordia Dei iam ascẽderimus, gratulamini. Flere,aut dolere,q in omni scientiarum genere summus euaserim, amicus,aut cõsanguineus uester,nec amici boni est,nec consanguinei.

Victorem honores & summos assecutũ esse & ueros:quos in hac uita assequi potest nemo: eos'q permansuros:cùm honor terrenus sit fumi similis:& facilè pereat. CAP. X

QVID autem de gloria dicam,quã cõsecutum esse Victorem nostrum certo certiùs arbitrari licet? In hac enim uita,honoribus affici,multi possunt:sed his nec summis,nec ueris. Sunt.n. multa, quæ impediant: nec esse omni ex parte gloriosos permittant. Et qui apud omnes honoratissimi haberi possent: eos plerunq; uel anteactæ uitæ infamia dehonestat:uel præsentis fastus, aut deiectio importuna odibiles, aut contẽptibiles reddit. Quosdã etiam,quod palàm est omnibus, nihil,aut uirtutis, aut bonorum morũ habere: onerat ipse honor: facit'q;, ut omnia,quæ ad summam gloriam pertinere uidentur,assecuti putentur, præterq̃ ea, propter quæ sola,honorari debuerant. Quoties enim (ut cætera prætermittam) euenit, & fortasse in

urbe hac uestra, illud, quod uidisse se sub Sole Ecclesiastes ait: malum quasi per errorem egrediens a facie principis, positum stultum in dignitate sublimi: & diuites sedere deorsum: seruos in equis: & principes ambulantes super terram: quasi seruos? Quoties magno præeuntium, ac subsequentium comitatu, per mediam incedere urbem cõspicimus homines, quibus si uestes, & reliquum corporis ornatum detraxeris: nihilo magis sapere uideantur iis, quos equitãt, equis, aut mulis: de quibus ait ꝓpheta. Nolite fieri, sicut equus & mulus: quibus nõ est intellectus? Quoties adiri, ac honorificentissimis salutari uerbis uidemus, & hoc ab honestissimis quoq; & optimis uiris, aliquem, cui facies quidem sola est hominis: cætera omnia iumenti? Hi, q̃uis esse sibi gloriosi uideantur: tantum abest, ut summã eam ac ueram, de qua in præsentia loquimur, consecuti sint gloriam: ut & ignominiosos eos, atq; infames, dicere ausim. At uerò qui uirtute, ac moribus eiuscemodi sunt: ut quem habent honorem, eo, consentientibus ita omnibus, digni existimentur: neq; summũ eum habẽt, neq; uerum: & hunc ipsum neq; seruare sine ingenti cura possunt: & interdum, dum augere conantur, amittunt. Nam si honos, & gloria, qui finis fere ciuilis est uitæ: in his potius, qui afficiũt, q̃ in his, qui afficiũtur, honoribus, esse uidetur: ut Aristoteli philoso-

pho placet: is profectò erit summus honor, ea gloria summa, quæ ab summo aliquo proficiscitur. Cùm autem summus in terra sit nemo, si cum iis, qui in cœlo agunt, conferatur: multoq; magis, si creatori omniũ Deo cõparetur: quod illa Abraæ, ad dominum uerba demonstrãt: quibus ait: Loquar ad dominum meum, cùm sim puluis, & cinis: manifestũ est, neq; honorem, neq; gloriam esse in terra cuiq̃ summã posse: nisi eo fortassis modo, quo Iob fuit: de quo, cùm adhuc in terris ageret, dixisse dominus legitur: ꝙ nõ esset ei similis in terra, uir simplex, & rectus, ac timẽs Deum, & recedẽs à malo, & adhùc retinens innocentiam: Aut eo, quo Paulus: de quo ad Ananiam dixit. Vade, quoniam uas electionis est mihi iste: ut portet nomen meum coram gẽtibus, & regibus, & filiis Israel. Sed nos de hoc honore non loquimur. Verus autem quo pacto esse potest: qui simulationibus, aut dissimulationibus cõparatur: quorum alterum arrogantis, hippocritæ alterum, utrũq; uerò sine controuersia mẽdacis existit? Qui tamen, etsi ab eo, qui honoratur, nullis corrumperetur mendaciis: ab iis certè, qui honorant, & uehementer quidem corrumpitur. multa enim dicunt, quæ uel ipsi, cũ dicunt, non credunt: uel iidẽ isti, de quibus dicũt: cùm ad cõscientiam redeunt: falsa esse, certò sciunt. Et parum interest: ipse mendaciũ dicas: an de te mẽ-

tiẽtes,quòd laudari appetas,patiẽter auscultes. Ille uerus est honor, quem ueritas introducit: ueritas autem non cuiuscũq;, sed honestæ rei. Cùm autem Propheta in psalmo sexagesimo primo dicat: Vani filii hominum: mendaces filii hominum: Et psalmo centesimoquintodecimo: Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax: & non nisi per sapientiam (Sapientiã autem Dei Filiũ dico) honestas haberi possit: sicut scriptum est: Venerũt autem mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas per manus illius: uerum esse nulli honorẽ in terra, tam certum est, q̃ quod certissimũ: hũc autem, qualẽ qualẽ sine ingenti cura seruari nõ posse, infelicius, an turpius sit, necdũ statui. Est enim, ꝙ uel maiores adeant: uel adiri se à minoribus ęquo animo patiantur, multis auxilio sint: multos offendant: inuidos metuãt: loquaces, ne de se perperam aliquid dicant, perinde atq; amicissimos tractent: totas persæpe noctes ducant insomnes: omnium ora atq; oculos intueãtur: rumores, fabulã falsam, fictam'ue perhorrescant: & cùm reliquam ciuitatem, tum in primis uicinos, atq; domesticos, delatores existiment: omnium deniq; serui sint semper: ut in aliquos aliquãdo exercere imperiũ queant. Hæc siquis paulò attentiùs cogitat: & minutatim secum ipse recenset: onustum se potiùs arbitrabit, immò (ut simpliciùs, & ueriùs loquar)

oneratum, q̃ honoris aliquid cōsecutum. Fumus est enim, quam famam uocant: & fumus talis: ut oculis lachrymas persæpè excutiat: uideri autem, quæ ante oculos sunt, uel omninò non sinat, uel minùs cōmodè sinat. Quod rectè (ut cætera omnia) in psalmo trigesimosexto Propheta expressit: cùm ait. Inimici uerò domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient. Et quos-nam domini inimicos uocaret, alio loco ostendit, dicens. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hoībus placent: confusi sunt: quoniam Deus spreuit eos. Iuxtà quod & Apostolus noster ait. Si hominibus placerem: Christi seruus non essem. Adde uerò, q̃ hunc interdū, dū minùs iustis artibus augere conatur: amittet. Neq; enim fieri potest, ut homo terrenis cupiditatibus inhians, aut eo, quod habet, contentus existat: aut quod nō habet, si iustè nequeat, iniustè quærere, piaculum ducat. Memini: ante hos fermè annos quatuor, quēdam, qui lenociniis, ac ueneficiis (ita enim ferebatur) deceptis iis, ad quos ea res pertinebat: utpote qui oēs de suo ingenio bonos existimant: magnam in Ecclesia dignitatem, fuerat assecutus: cùm proditione patriæ assequi maiorem appeteret: suspēdio interisse. Succurrit hoc loco illud, quod Satyricus quidam ait. Aude aliquid, breuibus gyaris, & carcere dignum: Si uis esse aliquid:

probitas laudatur, & alget. Sed huiusmodi, quo pacto, res ex sententia ueniant, Propheta declarat, dicens. Vidi impium superexaltatũ, & eleuatum, sicut cedros Libani: & transiui: & ecce non erat: quæsiui eum: & non est inuẽtus locus eius. Atq; ob eam rem ueluti cõmonens, non esse his artibus honorem quęrendũ: sequitur, & ait. Custodi innocentiam: & uide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ, homini pacifico. Verte iam (si lubet) hæc omnia: & gloriæ, quam assecutus est Victor noster, cõditionem intuere. Nunquid nõ summa est? Et quid, obsecro, creatore omnium Deo, a' quo prodit, excelsius? de quo dicit Propheta. Quoniã excelsus dominus, & rex magnus super omnẽ terrã. Nunquid non uera? & quomodo falsa esse potest, quæ ab eo proficiscitur? qui ipse est ueritas? De quo ait idem Propheta. Scrutans corda, & renes Deus. cui tam impossibile est falli, q̃ fallere. Nunqd aliquod, quò minùs, omni ex parte perfecta sit, impedimẽtum sentit? At quo pacto sentire impedimentum possit: quæ ab illo datur, de quo Paulus in epistola ad Romanos, Voluntati, inquit, eius quis resistit? Et rursùs. Quis accusabit aduersùs electos Dei? Deus, qui iustificat: quis est, qui cõdẽnet? Nunquid anteactæ uitæ infamia dehonestatur? & qua ratione dehonestetur: cùm infamia uel non fuerit, uel tecta iam sit? sicut scriptum est: Beati, quorum

remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata: Et rursus: Charitas operit multitudinē peccatorum? An fortè præsentis uitæ uitio ullo odibilis, aut contēptibilis redditur? Et quomodo sit odibilis, quę charitatis est plena? quomodo contēptibilis: quæ summam, ac ueram gloriam consecuta iam est? Sed seruari fortè curis efflagitat: aut augeri suprà q̄ meret, desiderat? Et quanam de causa solicita sit: quæ, sempiterna sibi esse quæ habet, intelligit: & tum sua sorte contēta est: tum uerò iustitiam super omnia diligit? Deniq;, cùm nulli negetur digno: nulli concedatur indigno: indignus item ad eā ambiat nullus: quippe cùm ne ibi sit quidem: summa est: uera est: perfecta est: honesta est: secura est. Quam si cum quantacūq; mūdi huius gloria, comparare possemus: uideremus profectò, tantùm eminere: q̄tùm summi pontificis cum omni suo apparatu prodeuntis gloria, puerorū (ut fieri aliquando uidemus) pontificem imitantium gloriam supereminet.

Victorem innumerabiles in cœlesti regno inuenisse amicos, optimos, & permansuros: ob quam causam mirificè oblectatur. CAP. XI

a GE uerò, & amicitias uideamus. Est enim naturâ quidē hominibus insitū: ut amicos habere q̄plurimos uelint. Sed, dùm alia re alius delectatur magis: & eadem sæpè cupiunt plures: cùm

ipsa fortassis pluribus facere satis nō queat: cō-
suetudo præterea, sine qua non est amicitia: cū
multis haberi non potest, impedientibus uel ne-
gociis, uel interuallis locorum: accidit, ut qui
unum aut alterum inuenire amicum optimum
potuit: is, etiā si reliquis fortunæ bonis omni-
bus careat: beatissimus iudicetur. Nostrum igi-
tur fuerit, ut ne Victoris tui gratia doleas: de-
monstrare: eum ad cætera, quę aut enumeraui-
mus, aut enumerare adhuc non potuimus, bo-
na, non unum, aut alterum, sed innumerabiles
inuenisse amicos optimos ac sempiternos: ut
perq̄ beatissimum esse intelligas. Cùm autem,
qui se mutuo amare uidentur, non cōtinuò &
amici sint: siquidem & ob suam ipsorum uel
utilitatem, uel uoluptatē amare possunt: & qui
sic amant: q̄q̄ ipsi fortassè aliter credi uelint: nō
amicos amant: sed quæ ex eis cōsequuntur bo-
na: unde & mutatis, aut e' medio sublatis illis,
amare desistūt: sicut uulgo usurpari solet: Nul-
lus amor durat, nisi fructus seruet amorē: eam
demùm intelligi amicitiā uolo, quæ inter bo-
nos est: & eiusmodi bonos: ut prętereq̄ ꝙ uirtus
ipsa res per se permanens, est: etiam gratia diui-
na formati, mutari nō possint. His, & si amicos
non propter suam aliquam uel utilitatem, uel
uoluptatē, sed quia boni sunt, ament: neq; uti-
litas deest: neq; uoluptas. Vtilitas autē, non pe-
cuniæ, aut earum, quæ pecunia æstimantur, re-

rum, neq; auxilii, (quis enim credat, pecuniæ, uel auxilii beatas animas indigere?) sed doctrinæ. Et uoluptas non libidinis, neq; uerborum scurrulium, sed cõsuetudinis mutuæ, castæ atq; iucundæ: quam neq; negocia ulla perturbant: utpote cùm requiescant à laboribus suis: neq; locorum interualla disiungunt: utpote, cùm ea beatarum animarum conditio sit: ut tam citò, & facilè sint, ubi uolunt: q̃ citò & facilè uolũt. Atq; cùm eadem uniuersi re delectẽtur: & hæc ipsa res una omnibus satisfaciat: ut quæ infinita est: nullâ neq; uoluntatum dissimilitudine, neq; animorum discordia, interrũpitur. Hanc autem esse cõsecutum Victorem nostrum, non cum uno aliquo, aut duobus, sed cum innumerabili spirituum, atq; animarum beatarum multitudine, quæ cœlestem, ubi & ipse nunc est, patriam incolit: illud ostendit, quod Saluator noster, cùm ab eo quidã sciscitaretur: quid boni faciens, uitam æternam acquireret? respondisse legitur. Si uis ad uitam ingredi: serua mãdata. Inter mandata uerò illud præcipuum, & quodammodo singulare cõperimus: de quo apud Ioannem dicit. Hoc est præceptum meum: ut diligatis inuicẽ. Quòd si ad uitam ingredi nemo potest, qui mandata non seruet: & mandatorum maximũ dilectio est: nec aliis in ea permanetur modis, q̃ intratur: dicente rursùm domino: Omne regnum in se diuisum desolabi-

tur: & domus supra domũ cadet: necesse profectò est, ut qui ad uitã ingressi sunt: sese omnes inuicem diligãt. Sunt autem, qui ad uitam ingressi sunt, non plurimi modò, sicut Propheta Daniel scribit, dicẽs: Millia millium ministrabant ei: & decies cẽtena millia assistebãt ei: sed (quemadmodum Ioannes Apostolus in Apocalypsi docet) innumerabiles: qui, cùm cẽtum illa quadraginta quatuor millia ex omni tribu filiorum Israel signata posuisset: adiecit. Post hæc uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronũ, & in conspectu agni, amicti stolis albis: & palmæ in manibus eorũ. Cũ igitur, qui illic sunt, omnes sese inuicem diligãt: & innumerabiles sint: quis nõ Victori nostro, meritò gratuletur: ꝙ in eorum collegium annumeratus sit? Equidem arbitror, siquis ei nũc Pontificis maximi amicitiam spondeat: quã tantifacere plerosq; uidemus: ut nihil uel incommodi, uel laboris (modò comparare sibi illam possint) effugiãt: esse dicturum. Habe tibi quod polliceris frater: & beneficentia eius ditatus, Episcopatũ, & Cardinalatum assequere: ego pro eo, in quo sum, statu, ne summum quidem Pontificatum acciperem. Moriuntur Episcopi: moriuntur Cardinales: moriuntur Pontifices maximi: & utinã non eorum aliquibus eueniat, quod se scribit

Ecclesiastes uidisse: cùm ait. Vidi impios sepultos: qui etiam, cùm adhuc uiuerent: in loco sancto erant: & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Nostra immortalis est amicitia, & quæ, si omniũ simul, qui ubiq; locorũ sunt, terrenorum principum amicitiæ, comparetur: multò melior, multo'q; pręstantior inueniatur, q̃ ii ipsi terreni principes, quos dñs in Euangelio, q; potestatem super gentes habeant, beneficos uocari dicit: cum suæ ditionis hominibus comparati. Et meritò quidem. Cùm enim bonum, utile, uel iucundum in qualibet amicitia perquiratur: quæ tria hæc habet etiam minùs perfecta: multò firmior est, multo'q; melior, q̃ quæ unum aliquod, aut duo tantùm: quæ uerò & tria hæc habet, & perfectissima: qualia cœlestis illa, & diuina, quã ipse nunc obtinet: nulli postponenda est rei: cùm præsertim pro beatorum, qui ibi sunt, hominum aut spirituum numero, magis, magis'q; augeatur: & ipsi innumerabiles sint. Facessant igitur lachrymæ: cõquiescat dolor: mœror, prorsùs omnis abscedat: assecutus est, cuius gratia lugebamus: rem rarã: immò, quæ istic nullo pacto haberi potest: grãdem, bonam, utilem, iucundã, & perpetuò permansuram. Nam Fides, quidem, & Spes, sine quibus homini salus esse non potest: tandiu necessarię sunt: q̃diu hanc incolimus uitã: cũm utem perducti in patriã sumus: altera in sciẽ-

tiam

tiam uertitur: altera in rem ipsam. At uerò charitas & hìc necessaria est: sed pfecta haberi nō potest: & illìc erit: sed habebitur perfectissima. Propterea & Apostolus Paulus ĩ prima ad Corinthios epistola, cū multa de charitate dixisset: ut semel, quid de illa sentiret, exprimeret: Nunc inquit, manēt Fides, Spes, Charitas: tria hæc: maior autem horum est Charitas.

Victorem, malorum neq; præsentium sensu, neq; futurorum metu torqueri: sed præteritorū memoria maximè oblectari. CAP XII

DE memoria uerò, & sensu malorū quid dicam: cùm ex his quoq; Victoris nostri beatitudo augeat? Nā hìc quidem præsentiū semper molestus existit: præteritorum autem nunq̄: sed illa, cùm præsentis esse rei non possit: ex præteritis interdū malis mirificè oblectari solet. Vnde & Aeneas ille Virgilianus, cùm Scylleā rabiem, & Cyclopeia saxa expertis sociis meliùs sperare suaderet: Forsan & hæc olim, inquit, meminisse iuuabit. Neq; enim tam ulli molesta sunt præsentium malorum pericula, q̄ memoria præteritorum iucunda. Delectat quippe, euasisse: delectat, rei ordinem narrare posse: delectat præteritorum, atq; præsentium comparatione se quodammodo feliciorem putare, q̄ si nihil unquā subiisset periculi. Propterea & Propheta Dauid, uir sanctitatis egregiæ, & qui

Spiritui sancto maximè familiaris foret: cùm neque sensu, neque metu, neque cogitatione incommodorum ulla miseros fore, qui cœlestem incolerent patriam, certissimè sciret: dicebat. Beati, qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. In alio deinde psalmo, Misericordias, inquit, domini in æternum cantabo. quas proculdubio cantare non posset: qui, cùm beatus eo tempore foret: miser aliquando non fuisset: aut fuisset quidē: sed obliuioni miserias tradidisset. Quamobrem & hoc satis esse nobis solatii loco potest: cùm cogitamus, Victorem nostrum neque sensu præsentiū malorum ullo torqueri, neque futurorum metum aliquem, aut suspicionem habere: Ac de præteritorum, ex quibus ueluti ex periculoso aliquo naufragio Dei misericordia ereptus euasit, memoria maiorem immodum oblectari: & misericordias domini per singula recordationis suæ momenta, cum quadam beneuolentia, & grati erga liberatorem Deum animi dulcedine decātare: ac dicere. Impulsus euersus sum, ut caderem: & dominus suscepit me: Fortitudo mea: & laus mea, dominus: & factus est mihi in salutem. Sed de hoc postea paulò plura uidebimus. Nunc, quando in diuitiis, uoluptatibus, & honoribus huius mundi nihil esse uiderimus, quod aut perseuerare diutiùs possit, aut beatum hominem facere: & Victorem no-

ſtrum,qui,ſpe uitæ præſentis depoſita,in domino mori promeruit: requieſcere iam à laboribus ſuis,opera ſua ſecum habere intelleximus: ac eam, quæ omnem ſenſum exuperat, pacem à diabolo, à malis hominibus, à ſemetipſo, conſecutum, uidere in cœlo iam, quæ & uiſu pulcherrima ſunt: & amãtibus pulchriora: tum uerò bonarum artium ſcientiam meliorem, ac meliùs didiciſſe, q̃ hîc poſitus uſq̃ diſcere potuiſſet: ad hæc & gloriam adeptum eſſe ſummam, ueram, atq; omni ex parte perfectã: quã neq; ſeruari curis eſt opus: neq; ulla dehoneſtat infamia: poſtremò malorum etiam præteritorum memoriâ oblectari, præſentiũ ſenſum, ac futurorum metum nullum habere: ac proinde, beatum eſſe: quãdo hęc, inquam, omnia intelleximus, uidimus, & manibus quoq; ipſis (ut uulgo dici ſolet) tetigimus: ſupereſt, ut dolore, quem eius cauſa ſuſceperas, poſito, immò in lætitiam commutato, ad alteram doloris cauſam tranſeamus, quam ad te pertinere docuimus: ut, ſi ne illam quidem iuſtam eſſe potuerimus demonſtrare: dolorem abs te omnem reiicias: & præſtinam animi tui lætitiam, uerbaq; feſtiuiſſima, quibus omnes te adeuntes excipere conſueuiſti, recuperes.

IOANNEM, QVOD NATVRALE sit, ut qui beneficia cōtulerūt, magis eos amēt, in quos fuere benefici, q̃ ab illis amentur: Ob Victoris mortē & dolere, & non dolere oportere: Amicorum omneis, præcipuè autem locupletes, atq; in principatibus constitutos, egere, quos fortuna adducit, amicos nō eē: nouos'q; ueteribus comparari non oportere. CAP. I

ET VNDE potiùs initium sumam, q̃ ab illa, quā tu maximā, atq; iustissimam doloris tui causam putas? q consanguineū, tuæ fidei creditum, abs te quodámodo educatum, sacerdotalibus censibus (quod hoc tempore propter insatiabilem quorūdam ambitionem, aut auaritiam, uel etiam ambitionem & auaritiam simul, perdifficile est) per te locupletem, effectum, sedis apostolicę, prothonotarium, tuarum rerum studiosissimum, morum'q; peritissimū, de quo summa iam omnia sperari & deberēt, & possent: amiseris. Est enim hoc naturale quodammodo: ut, qui beneficia contulerunt: magis eos ament, in quos fuere benefici: q̃ ab illis ipsi amētur. Vnde & Paulus in secūda ad Corinthios epistola, cùm post beneficiorum, quibus eos gratis euangelizans affecerat, multitudinē, animum quoq; erga ipsos suum charitatem'q; mirificam demonstraret: ac diceret: Ego autem libentissimè impēdam:

& superimpendar egoipse pro animabus ue-ſtris: subiecit statim: Licet plùs uos diligens, minùs diligar. Hoc autem unde fiat, an quòd beneficium contulisse, sit ueluti mutuum dedisse: & de salute debitorum, qui beneficium contulerunt, quasi gratias ipsi accepturi, soliciti sint? An ꝙ memores magis sunt, qui dederũt, q̃ quibus est datum? An potiùs: ꝙ quisquis ab alio accepit beneficiũ: is eius, qui dedit (ut ita dicã) est opus: & suum quisq; opus, etiam si nulla in re est, aut futurũ sibi est utile: amat: utpote qui, cùm esse maximè expetat, & uiuendo atq; agẽdo esse quicquid est, noscat: opus, per quod re ipsa qualinam uirtute sit præditus, declaratur: proprium magnificat? An uerò, quòd & beneficium dare, honorificum est, & quę sunt honorifica, lætitiam afferunt: Lætitiam, inquam, pręsentis, dum operatur: futuri, dum sperat: facti, dum eius memoria delectatur? An etiam ꝙ quæ cum labore fiunt, diliguntur magis: & beneficium dare, sine labore non est: hoc inquã, unde fiat, uiderint, qui curiosiores existũt. Hoc certè uerissimum est, naturale quodammodo esse: ut, qui beneficia contulerunt: magis eos ament, in quos fuere benefici: quàm ab illis ipsi amentur. Vnde duabus (ut ita dicam) sese mutuo collidentibus diuersis atq; cõtrariis rationibus, & dolere oportere te uidetur, & non dolere, ꝙ è medio sublatus est, qui gratiam tibi

pro beneficiis referre aliquãdo posset. Non dolere: ꝙ eo in loco nunc est, ubi ampliorẽ orando, gratiam refert, q̃ abs te unq̃ acceperit: Dolere: ꝙ qui, præter consuetudinem accipiẽtium beneficia, eorum, quæ abs te accepisset, memor erat maiorem immodum: interiit: Non dolere: ꝙ purior nunc multò q̃ priùs erat, effectus, ut cætera animi bona, sic & memoriam habeat firmiorem: Dolere: ꝙ opus tuum ueluti destructum sit: Non dolere: ꝙ, cùm in domino mortuus sit: multò nunc illud pulchriùs & esse uideatur, & re uera sit, q̃ per te olim est factum: Dolere: ꝙ, quem honorem, beneficium dando, fueras assecutus: amiseris: Non dolere: ꝙ, cùm apud optimum optimè beneficium collocaueris: ipse quodãmodo tua causa ibi est, ubi & esse post huius uitæ miserias uelles: Dolere: ꝙ laborem tuum, quo, ut ei optimè faceres, q̃ sępissimè fatigatus es: frustrà fuisse nũc uideas: Non dolere: ꝙ, cùm in hac uita nulli manendum diutiùs sit: & propterea quicquid paratur, ob aliam uitam paretur: non frustrà fuit, quòd ad illam ei uitam aditum patefecit. Neq; uerò hoc illud loco arbitror inferendum, quod uulgo aiunt: Amicorum diuites nõn egere: aut, si egent, parare sibi eòs facilè posse: ꝙ amicos, & consanguineos satis unicuiq; multos adducat ipsa fortuna: ut, uel sine Victore tuo, esse te posse, uel aliũ tibi pro eo, cui & benefacere ualeas,

cùm uoles: & à quo interdum etiam gratiam acceptutum te ſperes: non defuturum eſſe, contendam. Scio enim (& hoc ita, ut nulli prorſùs ignotum putem) tum omnes homines amicorum indigere, tum illos in primis, qui & locupletiſſimi ſunt: & in principatibus cõſtituti: nõ ſolùm quia nihil eis prodeſt, ſublato amicorũ conſortio, ſua proſperitas: uerũetiam quia quò quis magis abundat, eò magis periculis ſubiacet, à quibus cuſtodiri cõſeruarí'q;, niſi per amicos, non poteſt. Scio etiam, (& hoc ita, ut nulli prorſùs ignotũ putem) quos adducit fortuna: eos neq; amicos appellari debere: & in quocũq; amicorum genere, nouis ueteres eſſe meliores. Vt itaq; firmior tibi ſit, atq; ualidior cõſolatio noſtra: & non leuibus, aut inanibus cõſtare argutiolis uideatur, ſed plenis, & grauibus argumentis: id nunc tibi ego, etiam recuſanti, atq; nolenti, ultrò ingero: amicorum te, & cõſanguineorum, & horum, quos neceſſarios uocant, plurimorum indigere: ſiue calamitates inſpicias, ſine quibus, ne potentiſſimi quidem, hanc uitam ducunt: ſiue actus uitæ multos: ad quos perficiendos, uel propter corporis imbecillitatem, uel quia minùs honeſti ſunt, uel propter alias occupationes, tu idoneus non es: ſiue conſilia, quæ ab amicis ſemper fideliſſima, ſed à prudentibus amicis, qualis erat Victor tuus: etiam optima dari ſolẽt. Vnde & Tobias, cùm

filio documēta pręberet,quibus,post eius mortem,uitæ suæ rationes administraret: inter cætera optimi ac prudentissimi patris documēta, Consiliū quoq;,inquit, semper a' sapiente perquirere: per sapientem utiq; amicum atq; prudentē uirum intelligēs. Et Ecclesiastes noster, Melius est,inquit,duos esse simul, q̄ unum: habent enim emolumentum societatis suæ. Si unus ceciderit:ab altero fulcietur. Vę soli:quia, cùm ceciderit,non habet subleuantem se. Et si dormierint duo:fouebūtur mutuo:unus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra unum:duo resistunt ei. In quibus omnibus,& aliis, quæ breuitatis causa prætermitto: satis illud manifestum est : cùm omnibus hominibus amicos necessarios esse: tùm illis maximè,qui aut diuitiis,aut principatibus antecellunt: & propterea amicorum te, ac consanguineorū,& horum,quos necessarios uocant,plurimùm indigere.Id etiam addo:non esse amicos, quos adducit fortuna : siquidē eos & ipsa abducit, quoties uultum mutauerit : quemadmodum in Ecclesiastico legimus : Est amicus secundùm tempus suum: & non permanebit in die tribulationis: Et nouos amicos ueteribus nequaq̄ comparandos esse:sicut in eodem libro est scriptum. Ne derelinquas amicū antiquum.nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum,amicus nouus.ueterascat: & cum

suauitate bibes illud. Et tamē ob Victoris mortem,qui & amicus erat,& amicus uetus, & cōsanguineus ac necessarius: tibi, cui, quò pluribus fortunæ bonis undiq; uallatus existis: hòc pluribus amicis est opus:etiam tua causa dolendum non esse,immò (quod magis fortasse mireris)etiam esse lætandum.

Quò ei Victor pluribus debebat de causis: quo'q; morū ipsius magis erat gnarus, & quò nunc Deo magis est iunctus: hòc illi maiorem referre mortuus gratiam uolet, sciet, ac poterit.

CAP. II

HOC autem quemadmodum probē,aduerte. Neq; enim peto,ut mihi quippiam credas,quod non luce(ut aiunt)meridiana clarius fecerim. Et primùm quidem,q consanguineus erat:q tuæ fidei creditus:q abs te quodámodo educatus: q magnorum censuum sacerdotiis ditatus: q sedis apostolicæ Prothonotarius designatus: q tuarum rerum studiosissimus,morum'q; pergnarus extiterit: & siquid est aliud, quo dolor afferri, aut augeri tuus poterit: id ego potiùs (quicquid est) omnem tibi, & minuere & auferre debuisse dolorem affirmo. Nam si hæc omnia,quò plura sunt amoris erga illum tui argumenta,hoc eum tibi magis deuinciūt: & esse eum ibi,iam demonstratum fuit; ubi gratiā referre q̄cumulatissimam potest: quid est,quòd

doleas, amoris, & officiorum, erga illum tuorum, uicem tibi, uel non rependi posse, uel non repensam iam esse? Petrus Apostolus, cùm ad eos, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, a' quibus aut nihil ipse boni acceperat, aut perparum: secundam epistolam scriberet: diceret'que: Certum se esse, uelocem fore tabernaculi sui depositionem: secũdùm quod dominus noster Iesus Christus sibi anteà significasset: Dabo, inquit, operam & frequẽter: habere uos post obitum meum: ut horum omnium memoriam faciatis: intercessurum se pro eis ad dominũ pollicens. Quantò nunc pro te magis, interpellare dominum debet Victor tuus: a' quo tot, & tam grandes, interpellãdi dominum causas habet? Naturæ primùm: quod pro consanguineo cõsanguineus, pro educatore educatus, pro defensore defensus, aduenit: Deinde & gratiæ: quod pro diuitem faciente se diues, pro afficiente honoribus, honoratus: ut, etiam si maius aliquid petat, quàm ut id facere dñs uelit: ipse tamen (quẽadmodum de matre filiorũ Zebedęi legitur) excusabilis sit, quod petere illi maxima debeat, cui plurimùm debet. quod uerò morum tuorum peritus existit: id eo' pertinet: ut cuius potissimùm rei indigeas, certus eam impetrare contẽdat. Neque enim una eadem'que re omnibus opus est: sed huic humilitas, illi patientia, charitas alteri, nonnullis diligentia, liberalitas aliis, qui-

busdam sobrietas, aliquibus castitas, necessaria inuenitur magis. Et benè agitur nobiscum: si in quod unusquisque nostrũ uel natura, uel consuetudine uitiũ procliuiores sumus: ab eo amicorum, qui apud Deũ authoritate aliqua sunt, precibus reuocemur. Neque hoc ideò dixerim: quod esse te ulli uitio obnoxiũ sciam: quippe quẽ benè atque honestè uitam ducere, biennio toto conspexerim. Neque aliter antè uixisse, uerisimile est: cùm mores tandiu eosdem simulare aliter institutus homo uix possit: sed quia eius sum memor, quod in epistola sua prima, Ioannes dicit. Si dixerimus: quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est. Et rursùs eius, quod in prouerbiis legimus. Quis potest dicere: mũdũ est cor meum: purus sum à peccato? Et, septies in die cadit iustus. Et iterũ. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Et in libro Iob. Quid est homo; ut immaculatus sit: & ut iustus appareat natus de muliere? ecce inter sanctos eius nemò immutabilis: & cœli non sunt mundi in cõspectu eius: quantò magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit quasi aquam, iniquitatem? Vnde & in psalmo decimooctauo ait. Delicta, quis intelligit? ab occultis meis, munda me: & ab alienis parce seruo tuo. Vbi & multas esse in animis hominũ latebras, in quibus absconduntur peccata, docet: & rursus, pro alienis etiã

peccatis ueniam quãdoq; peti debere, ostẽdit: utpote cùm, nobis etiam quæ prohibita non sunt, faciẽtibus, aliqui scandalizantur. quod & in prima ad Corinthios epistola Paulus monstrat, dum ait. Si esca scandalizauerit fratrem meum: non manducabo carnem in æternum. Quam utiq; carnem etiam idolis immolatam manducari posse, absq; eius peccato: qui sciens idolum nihil esse, manducaret, priùs docuerat. Itaq; in hac peccatorum, quæ iusti quoq; uitã, q̃diu hic degimus, maculat, multitudine, cùm uni, eidem'q; peccato nõ omnes obnoxii sint: morum nostrorum habere hominem gnarũ, qui cuius potissimùm medicamenti nostra infirmitas egeat, sciens, id nobis à Deo, medico nostro impetret, apprimè utile est. Neq; enim si & ipse medicus infirmitatem, alio etiam non referente, intelligit: sicut in Euangelio ait: Scit enim Pater uester quia his omnibus indigetis: & qui pro nobis solicitus est, in Dei contẽplatione uidet quæ nos agimus mala: continuò necesse est nos hominis morum nostrorũ gnari non indigere: cùm & medicus, quos fieri saluos prædestinauit, non nisi quibusdam pro eis interpellantibus, tãq̃ certis aliquibus medicamentis, saluos prædestinauerit fieri: ut cernere in amicis Iob licet: quibus placari cùm uellet: Sumite, inquit, uobis septem tauros, & septem arietes: & ite ad seruum meum Iob: & offerte

holocaustum pro uobis: Iob auté seruus meus orabit pro uobis: faciem eius suscipiam: ut non uobis imputet stultitia: neq; enim locuti estis coram me rectũ, sicut seruus meus Iob. Et qui, anteq̃ ad Dei contẽplationem peruenisset, mala nostra sciebat: multò nunc ea meliùs in Dei contemplatione cognoscat: affectum præterea tantò maiorem habeat: q̃tò & periculum maius intelligit. Si enim diues ille Euangelicus, qui induebatur purpura, & bisso: & epulabatur quotidie splendidè: cùm sepultus in inferno fuisset: de fratrũ, quos adhuc sciebat esse superstites, uita solicitus, Abraam pro eis interpellat, dicens: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum (de Lazaro utiq; intelligens) in domũ patris mei: (habeo enim quinq; fratres) ut testetur illis: ne & ipsi ueniant in locum hunc tormẽtorũ: quid facere existimas Victorem tuum: qui, cùm ab angelis, non in Abraę, sed in cœlestis Patris sinum portatus sit: & in se beatitudinem Lazari: & in reprobis, miserias diuitis uideat? Tanto sanè maiori studio: quantò & hæc fugienda, & illa sequenda meliùs intelligit, q̃ iste, de quo nobis sermo est, diues: Cùm præsertim & ille de fratrum salute minùs debuerit esse solicitus: si uerum est, quod uulgo aiunt: Solatium esse miseris: ut malorum socios q̃plurimos habeát: & iste de tua magis: ꝙ tanta sit cõsuetudinis mutuę beatitudo: ut populi iam prouerbium ĩno-

tuerit. In paradiso solus esse nõ uellem. Quod & aliquo modo confirmat dominus: cùm in parabolæ centum ouium fine, quarũ una perdita, dimissæ sunt in deserto, donec ea inueniretur, nonagintanouem: cõcludat. Dico uobis, ꝙ ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente: q̃ super nonagintanouẽ iustis, qui non indigẽt pœnitẽtia. Quod si tibi pergratum esset: aliquẽ de tuis intimis, cuius fides, atq; solertia multis, ac magnis in rebus probata foret: in summi Põtificis domo habere: qui, cùm semp illi de te optima quæq; prædicaret: tùm uerò, ubi ad magnorum censuum uel officia, uel sacerdotia in demortui locum quispiam surrogandus foret: quãtò nunc illud esse gratius debet, ꝙ intimum tibi hominem, fide atq; solertia singulari, eaq; maiore adeò, q̃ hic unq̃ uiuens habuerit: in Pontificis futurorum bonorum, in Pontificis põtificum, in Pontificis, qui per amplius & perfectius tabernaculũ introiuit semel in sancta, domo habere te scias: à quo & semper illi sine intermissione cõmendaris: & magnorũ tibi censuum nõ sacerdotia, uel officia perquiruntur: sed uirtutes, sed religio, sed ea, ob quam comparãdã, & officia, & sacerdotia suscipiuntur, uita æterna? Equidem arbitror: cùm hæc ipse tecũ paulò accuratiùs cogitas: multò te ampliùs gaudere, q̃ si pro terrenorũ numero principum cõ-

sanguineos habeas.qui apud singulos singuli tantùm possint:q̃tùm posse apud hominẽ homo alius potest. Neq; iis,qui tuæ illũ fidei credíderunt,si repetere eum uelint:aliter responsurum:q̃,optimo atq; honorificentissimo esse positum loco:ubi & multis afferre auxiliũ possit: & nullius ipse opis indigeat:Neq; molestè ferre:q; abs te hominem educatum sibi Deus acceperit: quandoquidem cui eius, qui educatus est,mores placent: ei educatoris quoq; ut placeant,necesse sit.Placent autem (ni fallor) quoniam scriptum est. Placens Deo,factus est dilectus:& uiuens inter peccatores,translatus est. raptus est: ne malitia mutaret intellectũ eius: aut ne fictio deciperet animã illius. Consũmatus in breui,expleuit tpa multa. Placita enim erat Deo anima illius. propter hoc properauit educere eum de medio iniquitatum: quoniam gratia Dei & misericordia est in sanctos eius:& respectus in electos illius. Neq; multùm curare: q; magnorum censuum sacerdotia, & sedis apostolicæ Prothonotariatum,quæ te authore susceperat, deposuerit: cùm sempiternum pro illis sacerdotium assecutus sit. Quemadmodũ in Apocalypsi dicitur. Erunt sacerdotes Dei,& Christi: & res gestas martyrum, ob quas conscribendas à beato Clemente Prothonotarii constituti sunt:illis ipsis,qui gesserunt.referentibus,& cicatrices suas ostẽtãtibus,multò nunc

melius,in tabulis cordis describat: q̃ istic positus in membranis scripsisset: atq; (quod alterũ est Prothonotariorum officium) pontifici futurorum bonorum Christo assistat: perinde atq; uicario eius, Põtifici maximo, Prothonotarius astitisset. Neq;, si summa de illo omnia sperari & debebant, & poterant: minùs tibi iucundum esse debet: q̃, mutata spe tua in melius, qui dignus erat ut in terra, ubi nihil est, nisi infimum: summa omnia consequeretur: is in cœlo, ubi contrà nihil est nisi summũ: summa sit omnia cõsecutus. Nam, siue illum, q̃ ei beneficia multa contuleris, tu magis amas, q̃ ab eo uicissim ameris: quod esse quodãmodo naturale ostendimus: necesse est, ut bono eius, qđ abs te sumpsisse initium nosti: perinde læteris ac tuo: siue ille te, q̃ tãtũ abs te beneficiorũ acceperit, plùs amat: q̃ uitia carnis uniuersa cum carne deponens, sicut maiorem amandi causam habet, ita & magis amat: necesse est itidem, ut læteris: q̃ apud uirum bonum, & gratum, qui referre q̃ cumulatissimè gratiam possit: beneficium collocaueris. Quid enim? cùm pro eo tu decies, aut uicies Pontificem sis allocutus: uicarium quidem Christi, sed corruptibilem, atq; mortalẽ: non maius erit: si pro te ipse quotidie adeat Christum? immò totam simul Trinitatem? & pro tẽporalibus sempiterna, pro terrenis cœlestia, pro incertis & paruis bonis, certa & magna

exoret?

exoret? Ego certè existimo: tantũ inter ea, quæ abs te ipse uel accepit, uel accipere potuisset: & ea, quæ ab illo nũc tu potes accipere, beneficia distare: ut ne comparari quidem ualeant sibi: q infiniti finitũ nec minima esse portio queat. Et propterea, quoties in mentem uenit: sublatũ esse de medio debitorem tuum, à quo gratiam accepturũ te aliquam, si uiuus permansisset, sperabas: succurrat oro & illud: non fuisse sublatũ è medio, qui ob hoc ipsum in cœlum sublatus est: ut medius, & sequester quidam inter te, ac Deum foret: sed beneficiis, quibus tu illum affecisti: quibusq; te ille afficere potest, ut melius licet, collatis, existimes: ea te nunc esse apud illum conditione: qua pauperrimus quisq; apud hominem esse locupletem solet: cùm ei fortassis opulento, aut qui posteà opulentus effectus est: pro suæ rei familiaris angustia q̃ potuit maximum beneficium contulit: qui & pro frusto panis, & (sicut in Euangelio habetur) pro calice aquæ frigidę mercedẽ non q̃tam res ipsa, quã dedit, meretur: sed q̃ta eius, cui dedit, quem nõ nisi magna reddere deceat: uel liberalitas, uel munificẽtia postulat: recepturũ se sperat. Consueuerunt quippe non pro ea, quæ data est, re, sed pro eius, à quo data est, uel animo, uel inopia, beneficia æstimari. Vnde & dñs, cùm inter eos, qui munera in gazophilatium mittebant, uiduam mulierẽ paupercutã, mittentẽ æra mi-

nuta duo uidiſſet: Verè, inquit, dico uobis: quia uidua hæc pauper pluſq̃ omnes miſit. Nã omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deeſt illi, omnẽ uictum ſuum, quem habuit, miſit. Et Paulus in ſecũda ad Corinthios epiſtola, cùm eos ad eleemoſynam conferendã adhortaretur: Si uolũtas, inquit, prompta eſt: ſecundùm id, quod habet, accepta eſt: non ſecũdũ id, quod nõ habet. Et rurſus. Hilarem datorẽ diligit Deus. Itaq; cùm Victorẽ tuum eo eſſe loco intelligas, ubi gratia tibi pro paruis (parua enim ſunt, quæ in terris habentur omnia) referre maxima poſſit: ſi te illud mouebit: ꝙ ſublatum eſſe debitorẽ tuum arbitrabaris: deſinat neceſſe eſt mouere. Referet enim, aut retulit fortaſſe in hunc uſq; diem, tibi gratiam perq̃cumulatiſſimè: & eo in primis modo, quo optimi quiq; ac liberaliſſimi ſolent: qui, præterq̃ ꝙ ne agi quidem, aut haberi ſibi gratias quærunt: eum quoq; ipſum, cui ſunt emolumento, quid ſua cauſa egerint, neſcire affectant.

Memoriam animabus à corpore ſeparatis, ſiue illæ beatæ ſint, ſiue miſeræ: bonorum, & malorum in hac uita habitorum optimam eſſe: ob eam'q; rem Victorem beneficiorum ab ipſo acceptorum gratiam ei maximam relaturum eſſe.

n ISI eum fortè ita omniũ, quæ hîc gessit, memoriam perdidisse existimas: ut beneficiorũ etiam, quæ abs te accepit, immemor sit: aut certè minùs memor, q̃ tu. Quorum neutrũ, mea quidẽ sentẽtia fieri potest. Nam animabus carne, quę corrũpitur, aggrauatis, siquid est boni: id profectò melius atq; præstantius esse consentaneũ est, ubi, terrena inhabitatione relicta, leues iam, sublimes'q; ad sempiternam beatitudinẽ euolauere. Et memoriam, animæ bonum esse, magis manifestum est, q̃ ut probationis indigeat. Animi etiã erga eos, qui nobis aliquando fuere usui, gratitudinem inter uirtutes annumeramus: quas eo demùm loco, quisq; præstantissimas habet: quò non nisi per uirtutes ascẽditur. Nã quod in Esaia legitur: Quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores: & quia absconditę sunt ab oculis nostris: Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouã: & non erunt in memoria priora: & non ascẽdet super cor: sed gaudebitis, & exultabitis, usq; in sempiternũ in iis, quæ ego creo: hoc, inquam, quod in Esaia legitur, nihil obstat, quò minùs memoriã habere beatas animas, & quidem optimã, arbitremur: primùm, quia de bonorum, quæ hîc aliquãdo habuerunt, memoria mentionẽ nullam facit: & multa sunt, quę cùm cęteri, tùm uerò Victor noster, abs te hîc assecutus est bona: quę si oia

obliuioni tradidisset: de beatitudine certè illius, quemadmodum & aliorum, nonnihil immunitum foret: q̄ pars boni quędam sit: bonorũ priorum meminisse: deinde, quia prioris angustiæ sæpè sine angustia, immò & cum lętitia habere memoriā possunt: sicut sæpè sani atq; incolumes, dolorũ, quos in aduersa ualetudine, tollerauimus, sine dolore meminimus. Tradētur ergo obliuioni angustię priores: & abscondentur ab oculis nostris: & non erũt in memoria: & non ascendent super cor: ut angere animũ possint. quod in Esaia promittitur. In memoria tamen erunt: & ante oculos constituentur: & ascendent super cor: ut excitare ad gratitudinem ualeant: unde & Deo magis accepti, atq; ideò magis beati sint. Quod per prophetā Dauid (sicut in superiori parte docuimus) affirmatur: qui ait: Misericordias domini, in ęternum cantabo. Eâdem istâ sententiâ, & miseriæ sibi memoriam fore ostendens. & molestiam omninò non fore: cùm neq; misericordias cantare possit, qui miserię memor non sit: neq; rursùs cantandi animum habere, cui miseriæ memoria molesta sit. Cātare quippe, & molestiā pati, eodem tempore, aliquem, tam facile est, q̄ lætum simul esse, & tristem. Et quidē, si beatis malorum priorũ memoria nulla esset: nec damnatis bonorũ foret. Sed bonorum priorum memoriam damnatis esse, Abraæ ad diuitem

illum,qui induebatur purpura & bisso: & epulabatur quotidie splendidè: responsio docet: cùm ait. Fili,recordare: q̄ recepisti bona in uita tua:& Lazarus similiter mala. Quod utiq; facere nō potuisset,cui memoriæ usus nō esset. Ergo & beatis,malorū est:sed ita:ut,sicut dānatis bonorum priorum memoria nihil prodest, quò minùs miseri sint:immò etiam uehementer nocet:(nulla quippè maior miseria est,q̄ aliquando fuisse felicem)ita beatis,malorū priorum memoria noceat nihil, quò minùs beati sint. Cùm enim comparatione potissimùm res dignoscatur:qui nihil est passus aduersi: ne boni quidem aliquid habuisse uidetur: quod cuiusmodi sit,malorum cōparatione non nouit: sicut scriptū est. Qui non est tentatus:quid scit? Atq; iccircò nulla fortassis inter homines,beatitudo est maior, q̄ miserum aliquando fuisse. Neq; enim satis alicui ad beatitudinem esse uidetur, benè habere, nisi & benè habere se sciat: & hoc ipsum benè habere,q̄ grande sit noscat. Quod utiq; præteritorū malorum memoria, & bonorum præsentiū experientia sibi mutuo comparatis,manifestè ostenditur.Ideo'q; etiam ex omnium beatorū martyrū numero eos beatissimos iudicamus:qui,cū adhuc uiuerent,grauissimè laniati sunt: nō solū quia pro pœnarū, quas ob Christi nomen perpessi sunt,magnitudine, magnitudinem quoq; gloriæ ampliorem

ut habeant necesse est: uerũetiam quia meliùs multò noscunt beatitudinem, in qua sunt, ex illis, in quibus antea fuere, tormentis. Cùm autẽ etiam alienarum rerum memoriã habere dãnatos, illa patris Abraæ uerba demonstrent, quibus ait: Et Lazarus similiter mala: & rursùs illa diuitis uox: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domũ patris mei: (habeo enim qnq; fratres) ut testetur illis: ne & ipsi ueniant in locum hũc tormẽtorũ: quid causæ est, ut beatis etiam suorum memoriam subtrahamus? & cùm Petrus, Dabo operam, dicat, & frequenter: habere uos post obitum meum: ut horum omniũ memoriam faciatis: alienarũ similiter rerum, sese memoriam habiturum significãs: cur non eandẽ esse beatis omnibus, suarum rerum memoriã fateamur, quæ Petro alienarũ erat futura? Clamant in Apocalypsi interfectorũ propter uerbum Dei animæ. Vsq; quò, domine, sanctus, & uerus, non indicas: & non uindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra? & dantur illis singulę stolę albæ: ac dicitur: ut requiescãt tempus adhùc modicum: donec compleantur conserui eorũ, & fratres eorum, qui interficiendi sunt: sicut & illi. Et nos malorũ priorũ memoriam beatos non habere dicemus? Obstupescunt in libro, quem Sapientiæ uocamus: impii ad beatorũ insperatã salutẽ: & intra se dicũt. Ii sunt, quos aliquando habuimus in deri-

sum,& in similitudinē improperii. Et rursùs de semetipsis. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid cōtulit nobis? Transierunt omnia illa, tanq̃ umbra. Et adduci poterimus, ut credamus, beatis ne malorum quidem suorum memoriam esse, quam & bonorū suorum, & alienorum malorum, damnatos habere, certum est? Quod si malorum, atq; bonorū priorum iusti, qui apud Deum sunt, memoriā habent: ut certè habēt: Victorem quoq; tuum, bonorum, quæ abs te accepit: & malorū, à quibus per te liberatus fuit: necesse est habere memoriā. si uerò horum memoriā habet: habeat autem tantò meliorem oportet, quantò solutis terreni corporis uinculis conditione meliori nunc est, q̃ fuerat priùs: & memor est eorū magis, q̃ tu: & te hoc ampliùs diligit, q̃ abs te ipse diligis, quò ampliùs debet. Itaq; & benè apud memorem ueteris stat gratia facti: & tibi propterea nihil deperiit: cui optimo loco eum, qui tibi plurimùm debeat, habere contigit collocatum.

Ioannem, quoniā amare quilibet eum solet: cui beneficium contulit, perinde atq; propriū opus: etiam si nulla sibi in re aut est, aut futurus est utilis: cùm Victorem optimo atq; honorificentissimo loco positum sciat: gaudere summopere oportere, Agricolatoris, Machabeæ matris, & Mardochęi exemplo. CAP IIII

PORRO', cùm amare quilibet eũ soleat, cui beneficium contulit: perinde atq; propriũ opus: etiam si nulla sibi i re aut est, aut futurus est utilis: & Victorem tuum, quem propriũ quodãmodo tuum opus esse, beneficiorũ, quibus abs te affectus hic fuit, multitudine simul ac magnitudine nouimus: uel si nulla tibi in re usui aut nunc foret, aut esset futurus in posterũ: ut ames necesse sit etiam tu: ea mihi demùm conditione esse uideris, qua præstantissimus quisq; artificum: ubi optimo atq; honorificentissimo loco suum esse audit opus: aut fortassis etiam uidet: qui, uel si nihil ex hac re percepturus est cõmodi: gaudet tamẽ: ꝙ cuius ipse rei est author, ea loco eiuscemodi sit: &, quoties eam uidet: (ut ꝗ sæpissimè autem uideat, quærit) cuilibet subinde dicit. Hoc ipse feci: meũ istud est opus: manibus cœptum est istis: istis perfectum est: ut, cùm omnibus ferè fastidio esse se sciat: dum eadem iterum atq; iterum dicit: non dicere tamen non possit. Tantum est gaudium, tanta uoluptas: optimo atq; honorificẽtissimo loco uidere proprium opus. Intuere ergo & tu Victorem tuum, optimo atq; honorificentissimo positum loco: in domo Dei, in deliciis paradisi, in cœlesti regno: & esse te ibi quodãmodo puta, ubi tuum est opus: (pars enim tui quædam est, opus tuum: per quod, re ipsa, qualinam uirtute

sis prǽditus,declaratur)&,cùm tu(quemadmodum & cætera omnia)esse maximè expetas: & uiuendo,atq; agendo,esse quicquid est,noscas: uiuere cum eo te crede:qui,ut in æternum uiueret,abs te institutus fuit:atq; agere etiam nunc illa,quæ,ut ei semp benè esset,egisti iam semel. Neq; illud te moueat:q alia sunt,quę in Victore tuo operatus es: & alia,quæ nunc obtinet bona. Nam,sicut eleganti agricolæ uoluptas quędam est nō mediocris,cùm aut poma per Autumnum legit:aut onustam pomis arborē uidet,dicere:hæc ego plātaui:hęc manibus meis inseui:(q̄q̄ secundū Apostolum,neq; qui plantat,est aliquid:neq; qui rigat:sed qui incremētum dat Deus)ita & tibi,cùm fructum ex Victoris tui uirtutibus maturū iam & suauem decerpas:aut decerpere cùm uolueris, posse te scias: iucūdum esse debet maioremimmodū, dicere posse:hunc ego educaui:hunc docui:hunc tēporalibus,ac spūalibus bonis, q̄tum in me fuit, excolui:& q̄q̄ neq; ipse dulcedinem dederim: neq; ad perfectum redegerim:fui tamen ei utcūq; adiumento,ut hæc assequeretur. Multùm enim refert:ad æternam beatitudinē promerēdam,quo quis modo sit institutus:apud quem uixerit: cum quibus habuerit consuetudinem. Contrahuntur quippe ex conuictu,quēadmodum & morbi corporis quidam:uitia,& uirtutes: sicut dici assolet. Cum sancto sanctus eris:

& cum uiro innocente innocens eris: & cũ ele-
cto electus eris: & cum peruerso peruerteris. q̃q̃
alio ista sensu Propheta protulerit. Vide, ob-
secro, paulisper mirabilẽ illam & bonorũ me-
moria dignam matrẽ, de qua in secundo Ma-
chabęorum libro: quæ præeuntes septem filios
sub unius diei tempore conspiciens, bono ani-
mo ferebat: immò & ad tolleranda supplicia
hortabatur: quid dicat. Nescio, qualiter in
utero meo apparuistis; neq; enim ego spiritũ,
& animam donaui uobis, & uitam: & singulo-
rum membra non egoipsa compegi. sed enim
mundi creator, qui formauit hominis natiuita-
tem: qui'q; omnium inuenit originẽ: & spiritũ
uobis iterũ cum misericordia, reddet, & uitam:
sicut nũc uosmetipsos despicitis propter leges
eius. Sciebat: se nulli eorũ, spũm, aut animã, do-
nasse: nullius mẽbra cõpegisse: & tñ ueluti suũ
quoddã opus eos esse, gaudebat: cùm cerneret,
per oĩa in dño confidẽtes obire: futuros aliqñ
sperans, ubi pro suppliciis pręmia, & pro mor-
te uitam reciperent. Atq; ideò dicebat. Nescio,
qualiter in utero meo apparuistis. filios quidẽ
meos esse uos scio: tales autẽ nescio. matrẽ me
uestrã agnosco: qualiter autẽ in utero meo ap-
parueritis, non agnosco. portasse uos me nouẽ
mensibus in utero, memini: qũo autem tam
præstantes euaseritis, necdum intelligo. Et ta-
men esse uos tales, gaudeo: q; ueluti meum esse

opus intelligo:dum concepi:dum nouẽ mensibus in uentre portaui:dũ peperi:dum lac triẽnio dedi:dum alui: dum in ætatẽ istã perduxi. Feci ego quod meum erat. Deus extremã manum imposuit:dum spiritũ dedit: dum animã donauit:dum singulorum membra compegit: dum constantes cõtra regis uerba simul & uerbera reddidit. Quid enim prohibet: te quoq; Victoris tui gloriam contẽplãtem dicere? Nescio qualiter in domo mea apparueris: neq;.n. ego hanc tibi gloriam dedi:neq; in hunc statũ deduxi:uideo tamen,& libenter uideo,eiusmodi esse: ꝙ operis in te mei signa agnosco:& esse quodammodo ibi mea causa scio: ꝙ in domo tenui:ꝙ educaui:quòd docui: quòd locupletẽ feci: ꝙ in hanc ætatem perduxi: ꝙ talem feci: ut Deo posses placere:qui te,si nõ ei placuisses, in domum suam non uocasset:ad tantam gloriam non euexisset. Nam si Mardochæus,cùm metuentem ad Regem ingredi reginã impelleret:ac propemodum obiurgaret:inter cætera (sicut in editione uulgata legitur) Memorare, inquit,dierum humilitatis tuæ:quomodo nutrita sis in manu mea:Exprobrans ei fermè: ꝙ sua causa ascendisset ad regnum:quæ suo foret labore nutrita: q̃q̃ certus esset,ea se in te nihil prorsùs egisse: quãtò iustiùs tu,de Victore tuo, quem non ad pubertatis annos tantùm, ut ille Reginam,sed ad uirum quoq; perfectum rede-

gisti: dicere tecũ potes? Hic certè, qui tanta nũc in gloria est: nutritus olim fuit in manu mea: habitauit in domo mea: panem meum comedit: uino meo sitim sedauit: lignis meis calefactus est: pecunia mea indutus est: cura mea magnorum censuum sacerdotia consecutus est: labore meo ad sedis apostolicæ Prothonotariatum euectus est: ut eum nunc in cœlestis regni partem uocatum aspicio, agnosco'q; libens: &, q̃q̃ non hoc fecerim ipse: opus tamẽ meũ esse, lętus recordor. Maneat, maneat: sine me potiùs ibi, q̃ i ualle hac lachrymarũ, metuúq; expectet parentem suum tantisper, dum, peregrinationis huius cõpleto spatio, ipse quoq;, ad eum ascendam. Cupio ego quidẽ dissolui: & esse cũ ipso: ut simul etiam cum Christo sim: sed manere in carne necessarium est propter alios. ueniet autẽ dies meus: sicut & eius uenit: & habitabimus simul. Oret pro me interim Deum: ut, mentis, & corporis incõmodis omnibus aut non susceptis, aut uictis, cùm fuerit ex hac uita migrãdũ: migrem securus: & sic semper cum dño sim.

Ioannem, q; & nominis, & familię, & titulorum nomine, Angelorũ ueluti peculiarẽ quandam societatem consecutus est: & fortassis ille futurus, quem pastorem angelicum nominãt: uerbis erga Deũ, propterea q; optimo atq; honorificentissimo loco Victorem positum sciat: uti gratissimis oportere. CAP. V

Q VEM enim talibus uti uerbis magis decet, q̃ te, qui angelorum, ueluti peculiarem quandam societatem diuino munere cõsecutus, uitã quoq; debes in terris angelicã ducere? Memini, quo tempore Venetiis Grãmaticæ operam dabam: uidisse me librum (authoris nomen in præsentia non succurrit) in quo pictis quibusdã summorum Pontificũ simulachris subscripta erãt: quæ cuiq; usq; ad Antichristi aduentum futura essent in pontificatu uel prospera, uel aduersa: sed ea obscurè: & quæ uix ab ullo mortalium intelligi possent, anteq̃ fierent: facta uerò (nam & multorum transactum erat iam tempus) ita clarè: ut clariùs non potuisse, quisquis tẽporum notitiam habuisset, facilè affirmaret. In hoc cuiusdam ex illis, qui posteà futuri sunt: simulachrum uidi ab angelis coronari: eius'q; tẽporibus, ex iis, quæ subscripta erant, prospera Ecclesiæ uniuersa promitti: quem ab harum rerum studiosis, pastorem Angelicum uocari audiui. Et tùm quidem, cùm essem paruulus: loquebar, ut paruulus: sapiebam ut paruulus: cogitabam ut paruulus: (neq; enim profundius aliqd intelligere, eiuscemodi ætas potest) fore quem angeli ea forma, quæ à pictoribus, quibus cum poetis quidlibet audendi semper fuit æqua potestas: depingi solet: coronarent: ætatem'q; sub illo mihi auream, qualem apud poëtas legerã,

pollicebar. Quando autem factus sum uir: euacuatis iam, quæ paruuli erant: cœpi mecum ista paulò altiùs perscrutari: & cùm fore aliquando hunc pastorem angelicum, mihi facilè persuaderem ex ea, quæ omnium fermè animos inuasit, opinione, quam frustrà esse uix possibile sit: quærere per ocium aggressus sum: si in diebus nostris futurus est: quisnã, ex omniũ, quos ipse nossem, uiuentiũ numero is foret? Hic cũ multorũ mihi mores, & omni prorsùs labe carentẽ uitam proposuissem: atq; cum illo istũ, rursus'q; cum alio illum, atq; illum (ut curiosi assolent) contulissem: nec ullus esset, in quo oĩa mihi, quæ huic nomini conuenirent, reperiri posse uiderentur: Et quid, inquã, si mecum est, quem foris quæro? En Ioannes Michael, priùs sanctæ Luciæ, ac sancti Angeli in piscibus, Diaconus, nunc uerò sancti Marcelli, presbyter Cardinalis: cuius ego opera factus sum de oue pastor: de discipulo magister: de milite imperator, Is est. Nam & nomen, & familia, & tituli officiorum, angelicum nescio quid resonant. Nomen quidem: q; siue interpretemur: domini gratiam, latinè sonat: & Gabrielis angeli recordari nos facit: qui Mariæ primo statim sermonis ingressu dixit: Aue gratia plena: siue domini testimonium aduertamus: Angelum nihilominùs demonstrat: sicut ipse de Ioanne in Euangelio dicit. Hic est enim, de quo scriptum

est. Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuam: qui præparabit uiam tuam ante te. Familia uerò: ꝙ Angeli sortita est nomen: atq; adeò eius Angeli: qui (sicut in Apocalysi legit̃) inito cū dracone certamine uictor euasit. unde & latinè, quis ut Deus, uel quis est, sicut iste dominator, significat. & apud Danielē unus de principibus primis nominat̃. Tituli autem officiorum: quia & Lucia Angeli simul ac lucis reminisci nos facit: de quibus in Actibus Apostolorum. Ecce angelus domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo. Et Angelus ī piscibus: prę‑terq̃ ꝙ angeli mentionē facit: Raphaëlis mihi angeli factum cōmemorat: qui Tobiæ filio datus comes, accedentis ad eum deuorandum piscis branchiā apprehendi, & attractum in siccū exenterari, cor, fel, & iecur eius reponi, cętera in cibos partim assari, partim uerò saliri iussir: quē medicinā Dei latinè dicere possumus. Et Marcellus, hoc ipso, ꝙ fuit sacerdos: (sacerdotē autem fuisse nullus ignorat) etiam angelus fuit. quemadmodum apud Malachiam legitur. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: & legē requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Quibus diligenter cōsideratis, atq; in unū collatis, si in diebus nostris futurus est hic pastor angelicus: ex omnium, quos ipse norim, uiuētium numero tu ille es, in quo, cùm & nomē & familia, & officiorum tituli, nihil nisi

angelicum ſonent: meritò & paſtoris angelici futurum eſt decus. Sed, ut ad illud redeamus, unde ſumus digreſſi: (neq; enim hęc ideò dixi: ꝙ uates haberi uelim: qui nullam in me penitus uitæ ſanctitatem talẽ eſſe cognoſco: ut effici uates poſſim: aut aſſentari tibi nunc conſtituerim: ut me, cùm illud euenerit, magnum facias: quemadmodum non aſſentatione, ſed carceris egrediẽdi ſtudio & uitæ beatioris deſiderio, feciſſe legimus Ioſeph: & latronem eũ, qui ad dexteram domini crucifixus fuit: quorũ alter pincernæ Pharaonis, cùm ſomnium interpretatus eſſet: dixit: Tantùm memẽto mei, cùm tibi benè fuerit: & facies mecum miſericordiá: ut ſuggeras Pharaoni: ut educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum de terra Hebręorum: & hìc innocens in lacũ miſſus ſum. Alter uerò, cum criminis ſociũ obiurgaſſet: Domine, inquit, memento mei, cùm ueneris in regnũ tuum) Non, inquam, hęc ideò dixi: ut me, cùm illud euenerit, magnifacias (neq; enim ſcio, tádiu uicturum eſſe me: &, ſeu honores, ſiue diuitias intuear: plus habeo, q̃ mihi neceſſe ſit: plus etiam, q̃ merear: homo inutilis: & nulli bonæ rei, nedum Epiſcopatui gerendo, idoneus) ſed ut oſtenderem, Angelorũ te ueluti peculiarem quandam ſocietatem diuino munere conſecutum: uitam quoq; debere in terris, angelicam ducere: & iis uti uerbis, quibus optimus, & ſanctiſſimus

sanctissimus quisq; si alicuius e suis desiderio teneretur, uti salua innocentia posset.

Ioannē, cū optimo loco, suū esse opus agnoscat: tū ex eo emolumēti plurimū cōsecuturus sit, cū apud eū, qui nūc est maximus, beneficiū collocauerit: cū ꝓ ea re gratiā accepit: accipiat, & accepturū se speret, lętari debere. CAP VI

T ad illud igiť redeamus, unde sumus digressi: uides, operi tuo benè esse: &, cū ea uniuscuiusq; conditio sit: ut suū opus, & si nulla sibi in re, usui aut tūc est, aut postea futurū est: amet: gaudere te ob hoc ipsum oportere, etiā si nihil ab eo aut nunc cōsequereris, aut postea cōsecuturus esses boni: cùm uerò (sicut paulòantè monstrauimus) ex eo & nunc assequatis: & assecuturus sis postea, emolumētū ꝑgrāde: multò magis. duplicatis.n. lętitiæ causis, duplicari quoq; lætitiā necesse est. Gáude igitur, & quòd operi tuo benè est, & ꝙ ꝑ ipsum tibi est optimè. Atq; cùm beneficiū dare, honorificū sit: & quæ sunt honorifica, lætitiā afferāt: lętare: ꝙ ei beneficiū dederis, cuiˀin pñtia qdē ultrà dare non possis: ne laboriosum nimis existat: si semꝑ alicui sit dandū: accipere autē possis: ne te fortè, si nihil unq̄ accipiēdū sit, dedisse pœniteat: & quotidie accipis: ne immemorē iudices, aut ingratū, cui dedisti: & facti qdē memoriā ꝑiucūdā habes: quod summopere delectabile est: futuri uerò

ſpem,cuius & præterita, & pñtia,ut certò certior ſit,ueluti cautionē prębēt.Si enim magno alicui & potēti uiro beneficiū dediſſe,honorificū eſt:ꝙ magnis dare niſi maiores nō poſſūt: & maiorē eſſe,utiq; contēnēdū nō eſt:maiores autē ea ſaltē in re ii ſunt,qui aliq̃d poſſunt, q̃d magnus ille non pōt: q̃tò illud honorificētius eſt:illi dediſſe,quē ſcias maximū eſſe?Et ſi,quò maior eſt,cui beneficiū dedimus: hoc maiora nos recepturos ſperamus:q̃tū eſſe tibi nūc ſpei debet:qui maximo dediſſe te beneficiū noueris? Laborem,ut ei benefaceres, olim tu multū ſubiſti:atq; ideò,illū diligis magis. Quæ enim cū labore fiunt:diliguntur magis. Laborē ipſe olim,ut tibi q̃tā q̃tā poſſet gratiā referret, ſubiuit.Sed cū nec earū tu rerū indigeres,quas poterat ipſe pręſtare:nec quarū tu indigebas rerū, eas poſſet ipſe præſtare:habere,atq; agere gr̃as poterat:referre autē prorſus nō poterat. Nunc iā,mutatis in melius oībus, & referre tibi gratiā pōt, & pōt ſine labore. Req̃eſcit enim a laboribus ſuis:ut,cū tu perinde indigeas,atq; tūc indigebas,cū apud te foret:ipſe uerò plus poſſit,q̃ eo tp̄e poterat:& gratiā beneficiis tuis referat,quia pōt: & cumulatiſſimā referat: qa pōt ſine labore: & obligatus adhuc, ſemper remaneat:quia quantácūq; tibi referat gratiā:etſi ea tuis in illū beneficiis facilè maior ſit:par tñ iis, quæ abs te profecta ſunt, in hoc eſſe nō poteſt:

quòd tibi ipse sine labore usui est: tu illi cũ labore fuisti. Eas nunc, si lubet: ac uideas: utrũ talis tibi cũ ullo mortaliũ conditio esse possit: q̃ tuã dolere uicẽ non desinis: quasi magnã aliquã iacturã feceris: qui lucrũ potiùs ingens fecisti. Cæteri, in quos benefici sumus: aut referre gratiã nobis non possunt: aut minorẽ referũt: aut, si parẽ retulerint: obligati ultrà non sunt: sin maiorẽ: nos insup obligatos tenent: quod subtriste est. Seruitutẽ enim sapit: sicut scriptũ est. Qui mutuũ accipit: seruus est fœnerantis. q̃d rectè intelligi, etiã cùm restitutũ est mutuũ, potest. Vnde Apl̃s in epistola ad Romanos, Nemini, inquit, quicq̃ debeatis: nisi ut inuicẽ diligatis. Vult quippe, liberos esse: ut Deo seruire securiùs queant: & ideò ait. Reddite oĩbus debita: cui tributũ, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ, honorem. Tibi autẽ cũ Victore tuo alia prorsùs conditio est. Referre enim gratiã potest: & maiorem potest: & dissoluere debitum tamen nõ potest: etiam si super retulerit.

Quapropter, cùm & debitorẽ saluũ uideas: & acceptorũ beneficiorũ esse memorẽ scias: & opus tuum optimo atq; honorificentissimo loco positum cernas: & facti memoriã, futuri autem spem certissimã habeas: præsentis uerò laborem habiturus ultrà non sis: & quem cum labore extollens, diligebas magis, ab eo te nũc

magis diligi credas: alterã doloris tui causam, quam ad te pertinere docuimus: cũ ne ipsam quidem iustam esse intelligas: deponas licet: atq; in lætitiam uertas. Nihil enim tibi Victoris tui mors non optimũ attulit: siue illum spectes, siue te. Iuit, quo ut & nos ire aliquãdo possimus, in tota uita nobis laborandum est. Requiescit a' laboribus suis: & tibi, ut laborem, in quo nunc es, leuiùs feras, auxilio est. Opera sua secum habet: & illis te apud Deum deorum & dominorũ dominum adiuuat. Pace fruitur: & tibi, ut ex hostibus tuis uictor euadas, auxiliatres precum copias mittit. Videt quæ uisu pulcherrima, sed amantibus pulchriora existunt: & tibi, ut ascendere ad uidendum possis, porrigit manum. Bonarum artium scientiam assecutus est: & te, ut assequaris, inuitat. Gloriã summam & ueram adeptus est: & eam (si aliud nõ pòssit) tecum partiti uult. Præteritorum etiam malorum memoria oblectatur: & tibi, ut præsentia q̃ minimè sentias, comprecatur. Beatus est: & esse te identidẽ cupit: cui semper omnes homines debere se nouit.

FINIS

EIVSDEM PETRI BARROCII AD Petrum Fuſcarũ Patritiũ Venetum S. Ro. Eccleſiæ preſbyterũ Cardinalē ſancti Nicolai inter imagines, libellus in morte Ludouici Fuſcari fris cõſolatorius.

QVANTO mihi, bonisq́ꝫ oĩbus mœrori fuerit, Ludouici fratris, quē paulòantè, ſanũ atqꝫ incolumem cũ dimiſiſſem, febre uitã finiſſe audiuimus: mors inſperata, dictu facile nõ eſt. Etenim ea erat probitate atqꝫ prudẽtia: ea in te, ac patriã pietate: ut (quæ duo apud me, ſummo in pretio ſunt) te, urbēqꝫ noſtrã, tantã ob eius mortē moleſtiã accepiſſe exiſtimē: quãtã ob alterius, qui ſupioribus annis obierit, ſenatoris ferme nullius. Prætermitto domeſticas cauſas, luctumq́ꝫ familiarem: ut ſuos, ac fratris, q ante mortuus eſt, filios orphanos: ut uxorē, fœminã pudiciſſimã, uiduam: ut gentē Fuſcarã uiro præſtãtiſſimo orbatã reliquerit. Sunt iſta quidē ingẽtia, & quæ tollerari uix poſſint: ſed nõ cõia. Illud me, oibus cõmune cõturbat: qꝛ patriã noſtrã, cuius unicuiqꝫ noſtrũ prima, poſt Deũ, cura eē debet: ciue omniũ iudicio facile ſummo, & te, quē ob ſingulares uirtutes nõ ei tãtũ, ſed orbi quoqꝫ uniuerſo natũ uidemus: fratre chariſſimo, ac rerũ tuarũ ſtudioſiſſimo, priuatũ intelligo. Quod ſi nõ cæteros quoqꝫ oēs conturbat: fateantur neceſſe eſt,

quicũq; illi sunt: se aut ictũ non sentire, ut lapi-
des: aut bonũ cõmune nõ curare, ut bestias. Nã
eius, qui diẽ obiit, causa tãtũ abest ut ulli bono
dolẽdũ esse putẽ: ut lętãdũ, gratulãdum'q; esse
cõfitmem. Alioqn frustra didicissemus: pretio
sam esse in cõspectu dñi mortẽ scõrũ eius. Sine
causa legissemus: Beatos mortuos, qui in dño
moriuntur. Incassum audissemus: Non habere
hic nos manentẽ ciuitatẽ: sed futurã inquirere.
Itaq; qd mihi potissime agẽdũ sit, p̃rsus igno-
ro. Cõsoler'ne: q̃ uirũ præstãtissimũ, senatorẽ
clarissimũ, fratrẽ charissimũ amisisti? An gratu
ler: q̃, cũ tu quoq; coarcteris, ẽ duobus deside-
riũ habẽs: ac dissolui quidẽ, & esse cũ Christo,
multo melius iudices: pmanere autẽ in carne
necessariũ uideas, pp nos: quẽ uirũ, cũ domo
egredereris, præ te aliqñ mittere consueueras:
eũ nũc in cœlũ, ubi tua cũ Apostolo cõuersa-
tio est, secuturus præmiseris? Et qdẽ cõsolari (si
tibi modo qui rebus aduersis induratus, alios
ẽt cõsolari potes, cõsolatione ulla est opus) te-
merariũ, aut certe supuacaneũ, mihi uideor eẽ:
utpote qui nihil afferre possim, quod ipse non
antea millies audiueris. Nõ cõsolari aũt, a mea
in te pietate, atq; obseruãtia, qua te inter oẽs, &
supra oẽs hoies colo: alienũ esse intelligo. Gra
tulari uero, q̃ fratrem amiseris, uereor: ne mihi
aliqñ dicatur. Musica in luctu, importuna nar-
ratio: Non gratulari autẽ, q̃ uir optimus opti-

me a' Deo sit consecutus, timeo: ne inuidi, aut maleuoli crimen incurrã. Vincit tñ hãc impellentiũ, ac retrahẽtiũ rationũ pugnã pia impudentia, & officiosa pietatis erga te meæ temeritas: mauult'q; arrogantiæ, ac loquacitatis q̃ negligentiæ, aut obliuionis, culpam subire.

Consolabor igitur te, si potero: hõ, hoiem: filius patrẽ: eps Cardinalẽ. Et cũ multa mihi se ingerant, quæ dici hac in re operepretiũ est: ab iis initiũ sumã, quæ tẽporum nostrorũ magis propria sunt, aduersæ ualetudinis, bellorũ, uitiorũq; turbinibus. Vides totã morbis abũdare Italiã: & urbẽ in primis nostrã eo pestilẽtiæ terrore triẽnio ante, cõcussam: ut nõ plebei tãtũ hoies, qbus aliquis fugiẽdi modus fuit: sed optimi quiq; senatorũ in sũmo reip. discrimine, uelut insequẽtẽ hostẽ fugiẽtes, nõ nisi edicto, atq; a' Deo mulctæ indictione, reuocari potuerint. Brixiẽses autẽ morbo acerrimo, & medicis necdũ cognito, totã penè ciuitatẽ exhausisse. Florẽtinos, præter ciuiles discordias, peste quoq; fermè ad internitionẽ cõsumptos. Romã morbo cõtinuo agitatã, uix unq̃ fuisse incolumẽ. Quid febres referã? Quid capitis: & totius corporis, dolores? Quid fluxus uentris, & periculosissimas dyssenterias? Quid quos ego paucis ante mẽsibus expertus sum, æstus acerrimos? Qui ne media qdẽ hyeme aquæ frigidissimę, cõtinuo potu, & cucumerũ, quos angu

rias uocant,frequẽtissimo usu, & straguli abie-ctione,& longissima inedia, & uini abstinẽtia, poterant coherceri: & (nisi ꝙ dñs adiuuit me) paulo minus ad interitũ pduxissent. Tu quoq;, qui summa semp omniũ noxiarũ rerũ abstinẽtia fuisti:cum a me primũ Patauii salutatus es: sub mento ulcus habuisti: & inuolutũ multis diebus uitta collum gessisti. Et hic,cuius nunc mortẽ dolemus,frater tuus, cũ tecũ pariter eqtantes dimidiatos fere urbis muros circuisse-mus:atq; in amphitheatrũ, p posticũ deuenissemus:in porticus pauimento sanus atq; incolumis cecidit:& aliquantisper præ dolore sedere coactus est:quẽ cũ abs te interrogaretur: nunquid male haberet?uidimus multi,dolorẽ dissimulare: ne tibi,quẽ ,ppter se dolere uidebat: mœrori foret.Hãc rẽ circũstãtiũ qdã futuri mali præsagiũ arbitrati sunt:ego,fraternæ charitatis experimẽtũ: ꝙ esset in dolore suo,qui mœrorẽ potius alienũ curaret: & ne alteri mœrori foret,nõ dolere se affirmaret. Nõ multis mihi rationibus utendũ est,ut ægrotationũ plena eẽ tpa nostra cõfirmem: te ipsum testẽ adhibeo: qui in amphitheatrũ proficiscens,cũ pro tua in oẽs hoĩes humanitate,te,ꝙ nobiscum esse non posses, (q̃q̃ id minime,ab nostrũ quoq̃ posce-retur)excusares: dicebas uenisse illuc pudicissimas fœminas,sorores tuas,oẽs uiduas,cũ quibus(nam postridie discessuræ erãt)prandere te

oporteret: quibus uerbis & maritorũ, qui uita defuncti essent, infirmitatẽ cõfessus es: & Apostolici pcepti, quo uiduas, quæ uere uiduę sunt, honorãdas monet, obseruationẽ pfessus. Itaq;, qui ualetudinis aduersæ tũ præteritę memoriã, tũ futuræ periculũ deuitauit: hũc nõ tã mortuũ dici oportere existimo, q̃ bene beateq; uiuẽtẽ. Bellorũ autẽ qualis per Deũ immortalẽ, in toto orbe tumultus fuit? Quæ Gallorũ, ac Germanorũ cædes? Quãtus Florẽtinæ seditionis metus? q̃ grauis Rhodiorũ oppugnatio? Expugnatio Hydrũti? Agrorũ ad Gargani usq; mõtis radices fertilissimorũ depopulatio? tẽplorũ euersio? captiuorũ cũ uẽditio, tũ etiã trucidatio? Venire (ut ex Angeli fratris, q unius in classe nostra triremis præfectus est, literis accepi) quaterna adolescentiũ ingenuorũ capita quinq; & uiginti aureis nũmis: quãti ne singulę qdẽ eius regionis mulæ prius distrahebantur: & ne sic quidẽ inueniebantur emptóres. Accidit, quod Aeneas Syluius Senensis Cardinalis, acerrimo ingenio uir, in dialogo, quẽ Ioãni sancti angeli Diacono Cardinali inscripsit: Bernardinũ uirũ sanctissimũ cõterraneũ suũ metuẽtẽ introducit: ut, quia, pp iniustitiã regna atq; imperia de gẽte in gentẽ trãsferuntur: Maumethẽ, Turcarũ ducẽ, uelut alterũ Nabuchodonosor, Italia pateretur. Accidit, ut eo quidẽ ordine, quẽ idẽ in Mantuano cõuẽtu, seu resides Christianorũ

animos excitans, siue (quod magis credo) cum esset summus Pōtifex, & Pius: ut noīe, sic re putaretur: Prophetás, cōtestatus est: Per Carnos, inquit, & forū Iulii, terrestribus copiis facilis in Italiā Turcis patebit transitus. Hoc nos, cū Forū Iulii depopulati sunt: nō aliis modo referētibus audiuimus: sed oculis ēt nr̄is pspeximus. Quo tēpore, Deus immortalis, quātus in urbe nostra, terror fuit, q̄ta trepidatio, quātus senatorū, plebis'q; totius metus? Nō est, qui aut sciat, aut meminerit, plus aliq̄n ab uniuersis fuisse ordinibus formidatū. Seqtur & dicit. Naualis exercitus ex Vallona, quam Turcæ possident: unius noctis nauigatione Brūdusiū petet. Hoc Apuli & sensere, & sentiūt: cū Hydruntū urbē uicinā Brundusio, primo impetu oppugnatā, expugnatāq; uideāt: & ne magna quidē nauiū multitudine intercluso Turcis mari, magnis militū copiis obsessa oppugnata'q; urbe, cōmotis etiā ob Maumethis mortē, & fratrū inter se de summa Imperii cōtendētiū bellū totius regni fundamētis, uel expugnare, uel in deditionē accipere, uel certe, ut Italia excedāt, cōpellere, toto anno potuerint. Vtinā, inquit, mēdaces & falsi prophetę simus in hac parte: sed credite nos foliū recitare sibyllæ. Venient, ueniēt Turcæ: nisi obuiā imus: & auferent nobis locū, & gētē. Quid potuit uel ab illo manifestius dici, uel a nobis probari uerius, & ex iis, quæ fa-

cta iā sunt, in futurū certius formidari? Tu fratrē mortuū queris: & ruinæ cū pn̄ti, tū in primis futuræ subtractus fuit: ut iā ista nō timere ei liberū sit. Non est ulterius cur clamet: ut optimus ille diuinæ legis propugnator Matathias in Machabæorū libris clamasse legitur. Ve mihi: ut quid natus sum uidere cōtritionē populi mei, & cōtritionē ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cū datur in manibus inimicorū? sancta in manu extraneorū facta sunt. Tēplum eius, sicut homo, ignobilis: uasa gloriæ eius captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis: & iuuenes eius ceciderūt in gladio inimicorū. oīs cōpositio eius ablata est: quæ erat libera, facta est ancilla: & ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra, desolata est: & coinquinauerūt eā gētes. Quo ergo nobis adhuc uiuere? Nō est cur laudet magis mortuos, q̄ uiuētes. Non, cur montibus dicat: Cadite sup nos: & collibus operite nos. Omnibus iā superatis, & uictis, liber, atq; securus, etiā si mundus ruat, nihil timet: tutus est: & ad nullius (sicut scriptum est) pauebit occursum. Adde, q͞ uitiis undequaq;, uelut diabolo de abyssi profundo ad nos uenire pmisso, scaturiētibus, & in sublime erectis, subtractus fuit: quę & si bene moratū peruertere ingeniū nō ualebant: cōturbabāt tn̄ (ni fallor) animum innocentē, & audire talia nō cōsuetū. perpetrabātur, atq; utinā etiā nunc

non perpetrentur, scelera multa, grādia, inaudi ta: quæ ne audiret, persæpe surdus esse uoluisset: cæcus: ne uideret: ne aliquo alio modo sentiret: etiā mortuus. qñ enim maior aut delinquētiū numerus, aut delictorū multitudo fuit? Quando numerosior nō impunitas modo, sed merces quoq; peccātiū extitit? Erāt prius, quos grauis ignominiæ, aut pœnæ metus peccare prohiberet. Successere, quibus ignominia quidē sed leuis, ac delitamento similis, pœna autē nulla, quo minus quicqd libitū foret, efficerēt, uetuit. Hos qui secuti sunt: gloriā sibi ex delictis, atq; mercedē exposcunt. sicut scriptū est. In rebus pessimis gloriantur. Et rursus. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. quippe, cum in profundū malorū uenerint peccatores: oēs cōtēnunt: Nec curare putant Superū mortalia queq̄. Existimantes (ut inquit ille) eū, qui semel uerecundiæ fines egressus est: bene ac gnauiter impudentē esse oportere. Sic uendi cepta sunt omnia: & summis criminibus præmia summa proponi. Non gulæ, non libidini modus ullus esse: Auaritia crescere: & pecunia uirtutibus anteponi: Pessundari leges: Vēdi quæ pretio ęstimari nō possunt. Superbia eorū, qui Deū oderūt, ascēdere: Ira atq; inuidia charitatē, & patiētiā profligare: Desidia assentationibus, & adulationibus, delectari: Fides parua, Spes omnino nulla existere. Plus esse tēporaliū bonorū,

ſcurris,& hiſtrionibus, q̃ optimis quibuſq; ſacerdotũ,aut epiſcoporũ: &,hoc,quod peſſimũ omniũ duco:ab religioſis,& noſtri ordinis hominibus coqui, & ſtabularii, qui ne orare quidẽ pro Eccleſiæ inſtituto ſciãt,eccleſiarũ fructibus,qui ob diuinũ officiũ tribui deberẽt, abundare:egere antiſtites: & uicatim prãdia mendicare:neq; id in reliqua Italia ſolum,ſed in urbe quoq; Roma:ubi nummulariis publice fœnus exercẽtibus,tum pœna nulla,tum fauor eſt maximus:ubi quotidianarũ,aut certe frequẽtium uenationũ uſqueadeo noſtri ordinis quidã ſtudioſi ſunt:ut inueniatur qui ducenas quotidie panis libras,quibus centeni paſci pauperes poſſent:canibus paſcẽdis appendat:&,cum dñs in Euãgelio moneat: Nõ eſſe bonũ ſumere panẽ filiorũ: & mittere canibus: iã peruerſis uerbis, qm̃ & peruerſa ſentẽtia eſt: dicat. Non eſt bonum ſumere panẽ canũ:& mittere filiis.Faſtus uero & omnis generis pompas non dico: ambitioſas,& aſſentationum plenas ſalutationes, atq; in his uerba minime ad legem dñi,in qua die ac nocte meditari debemus:ptinẽtia ꝑtermitto.Diuinæ legis,cum ſtudiũ nullũ:tũ ignorationẽ incredibilẽ taceo:cum tñ ſcriptum ſit. Labia ſacerdotis,cuſtodiãt ſcientiã:& legẽ requirent ex ore eius. Angelus enim dñi exercituũ eſt.Negociorũ ſecularitũ,quibus(ſi Apoſtolo credimus) nemo Deo militãs implicari de-

bet:diligētiā prætereo. Omnia uno hoc cōclu di modo poſſunt. Omnes declinaſſe: inutiles factos eſſe: Non eſſe,qui faciat bonū: non eſſe uſq; ad unū.ut iā parū detrimēti ſit,ſi iuris Pō tificii libri una oēs litura deleātur. ſic parua eſt legū reuerētia:ſic exiguus Dei timor:ſic prona & facilis in omne malū cōſuetudo. Fecere iam peſſimi multi,ut optimi cēſeantur qui medio criter mali ſunt. Voluit his rebus pro ſua probi tate atq; ſapiētia Sixtus Pōtifex maximus mo dum imponi:& ex oī Cardinaliū cœtu ſum mos aliquot omniū iudicio uiros delegit:qui bus negociū demandauit. fecere illi quod iuſ ſum fuerat:Sed nihil profecere. Vicit enim (ut ſæpe antea) maior pars meliorem. Vrbs tota,ſi ædificia,& uias inſpicias:multo nūc pulchrior ē q̄ m̃ltis iā annis fuerit. Sin mores & uitia:tur pior. Memini quo primū die Turcarū in Ita liā trāſitus Romæ nunciatus eſt:me inter equi tandū.(Nam a Pontifice acceſſiti eratis) a Ioā ne ſancti Marcelli preſbytero Cardinali,cui par tim ob conſanguinitatē,partim ob ſumma in me domūq; meā,beneficia plurimū debeo:in terrogatū,quid nā ea mihi de re uideretur? rñ diſſe:Recte:cūq; ille,uel leuitatē,uel malignita tē in me arguere iā inciperet:quaſi de Chriſtia norū & Romanę in primis Eccleſię ruina,gau derem:addidiſſe: Eos ad perficiēda ea ueniſſe, quæ etiā iubēte Pōtifice ab iis, quos ante dixi,

Cardinalibus perfici non potuerãt. Neq; enim aliter intelligere possum illud quod in Deuteronomio protestatur Deus. Ipsi me prouocauerũt in eo,qui non erat Deus: & iritauerunt in uanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo,qui non est populus: & in gente stulta irritabo illos. Aut illud,quod in psalmo testificatur, dicẽs. Si populus meus audisset me: Israel si in uiis meis ambulasset: pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulãtes eos misissem manum meã. Ac melius,& utilius eẽ existimo,perire cum uitiis,q̃ cum eis uiuere,ac bene habere. Hæc igitur,& quę prætermisi,plura multo atq; maiora,si quãtum fratri tuo uiro optimo molesta fuerint,aliunde scire non potes: ad te redi: & q̃tum tibi molesta sint,cogita: sciesq;,quo malo fuerit liberatus: qui nequid tale uideret: Procubuit moriens: & humum semel ore momordit: Et tunc desines plorare,ut mortuum: cui,si tẽporum ratio habeatur: non ereptã uitam,sed mortẽ donatã esse intelliges: desines putare amissum,qui præmissus est: desines lugere ut perditum, qui non pœnæ aliqd subiit: sed naturæ debitum soluit: & qua cõditione in uitam intrauit: ea & exiuit: qui quod præcario semel acceperat,reddidit: qui post lõgam peregrinationẽ in patriã sospes peruenit q nec primus fuit,nec futurus est ultimus: qui non mortuus est: sed dormit. Dormit,inquã,

quomodo amicus Christi Lazarus dormiebat. Vigilauerat enim diu partim patriæ,partim tibi,partim etiã filiis. Nunc iã æquum est ut aliis uigilãtibus ipse uicissim dormiat: in supremo iudicii die tuba Dei cum bonis oĩbus excitandus. Si fratrẽ te aliquũ memineris:memento & uirum:nec uirum modò,sed bonũ uirũ. Aegrotationes,& bella,à quibus liberatus fuit,fugere omniũ hoĩum est:uitia uerò,tãtùm hoĩum bonorum. Itaq; qui(sicut fratrẽ tuum decebat)nõ homo tantùm,sed bonus,& homo fuit:uel ob hæc sola morti occurrere debuit:nedum ueniẽtem æquo animo præstolari. Cõsolatus hactenùs sum,homo hoiem.& primùm quidẽ,ꝙ distuli consolari: de industria feci: ut ne priùs uulnus cõfricarẽ,q̃ super ductum ulcus uiderẽ: exẽplo eorum,quos,ad Iob consolãdum cùm uenissent:sedisse cum eo in terra septẽ diebus, & septẽ noctibus legimus: & nihil ei interim locutos.uidebãt enim,dolorẽ esse uehementẽ. ꝙ uerò deinde,ad nostri tpis ęgrotationes,bella,& uitia animũ applicare coẽgi:feci:ut homini homo mederer: quẽ sæpè & alienæ mortis cõspecta atrocitas,& uicinum incẽdium,& ceruicis iã iam'q; periculũ immĩnẽs,sui luctus obliuisci facit. Indignatio autẽ,qualis te aduersùm scelera,& scelerũ authores accẽdit? Sicut & illum,qui ait: Non'ne,qui oderũt te,dñe,oderã: & sup inimicos tuos,tabescebã?in aliũ prorsùs affectum

affectum deducit. Nunc iam,quid filius patri dicã,aduerte.Si nõ fratris uitã defuncti causam doles:ꝙ periculis subtractũ, quietè uitã agere credas:superest ut filiorũ,aut familiæ,aut tuam ipsius,aut postremò etiã patrię,causam doleas. His si luctu profici quicq̃ põt: non nego, quin oẽs pariter lugeamus:& q̃cq̃d ubiq; lachrymarum est,unum effundamus in locum. Lugeant illi:quia patre optimo orbati sunt: Fleat familia:quia præstãtissimũ uirum amisit:Plores tu: quia fratrẽ charissimũ,& rerum tuarũ studiosissimum perdidisti:Lachrymetur ciuitas uniuersa:quia senatorẽ totius orbis cõsensu nobilissimum extulit. Mœreã ego:quia tuã,& patrię iacturam magnã feci.Tristetur totus orbis:cui tu natus cùm sis:ob fratris mortẽ,uacare non potes.ꝙ si lachrymis & nihil proficitur:& his pręterea oibus uehemẽter nocetur:quid causæ est, ut mœrore cõfectus, malum malo malis adiicere: q̃,cõsolatione recepta, lachrymis tẽperare:& iis te oibus seruare incolumem: quorũ uicissitudinẽ doles?Filii primũ omniũ patrimonio amplo sunt:ualetudine integra:ætate,quæ nec gerulæ,nec nutricis indigeat: indole præstanti:doctrina,q̃tum ætas patitur,suprà q̃ mediocri.qui cùm te intuentur:(intuentur autẽ & oculis sæpè, & cogitatione sæpissimè)parẽtum puto desiderio non mouentur. Quibus tu,ut uiuis parẽtibus, sic etiã mortuis,oĩa es: tutor,cu-

ratur,procurator,præceptor,pater. Nihil eis, te uiuo atq; incolumi,pôt deesse.Hos quoties intueris:orare te credas,uti ualetudinis tādē tuæ, ex qua salus quoq; sua dependet: curā habeas: nec molestè feras: q̄ pro duobus parētibus,ambobus mortalibus,alterū iam habeat immortalem,gaudentē in cœlo,& suorū,quos haud dubium,ibi plures inuenit,q̄ hic perdidit,consanguineorū aspectu,alloquio,cōsuetudine pfruētem. At uerò familia,quæ sex & triginta annis in urbe nostra,patruo tuo Frācisco Fuscaro,uiro oī laudis genere cumulatissimo, Duce,cum magno reip.incremento,& gloria maiore,primatū tenuit:ac multo tpe, Marco patre,templi diui Marci,cuius tu primicerius eras, procuratore,proximum primo magistratū gessit: & sequenti seculo in fratribus,& patruelis filio Nicolao decē-uiratū, & cōplures alios magistratus,honorificè administrauit: ab aliis uerò sese honorificētiùs abdicauit:nunc'q; in te pontificem Patauinū,ac eum,qui apud nostri ordinis uiros supremo proximus magistratus habet: Cardinalē gerit:Familia inquā tua,quæ oībus his,& multò pluribus ornamentis insignis est: nihil sibi ad summā gloriā putat deesse:nisi ut, q̄uo pater tuus supremo proximū, patruus supremū,in urbe nostra magistratū gessit:sic patris,& patrui in te unum dignitate collecta, & aucta, Tu, qui supremo proximū in pñtia ma-

giſtratum gerens:patrē imitaris,& ſuperas:ſu-
premum etiā totius orbis cōſenſu magiſtratū
adeptus,patrui uirtutē referas,& excellas. Id ue-
rò quoniā nullo pacto,niſi a' uiuo,atq; incolu-
mi,effici poteſt:orat:ut quē ſua cauſa ſuſcepiſti
dolorē:abs te prorſùs amoueas:& uitæ primū,
deinde etiā bonæ ualetudini ſtudeas: quorum
alterum dolore minui certū eſt: alterum uerò
etiā perdi. Quamobrē,ſiqua tibi familię tuę cu
ra eſt:ut certè ſumma eſt:tui curā ne in ultimis
habeas:& tantiſper ei benè fore credas,dum ui-
ues,atq; incolumis fueris. Hoc enim ſi caruerit:
labare incipiet:ſin etiam illo:protinùs corruet.

Porrò,ſi tuā ipſius cauſam doles: q amantiſſimū,& rerum tuarum ſtudioſiorē multò, q̄ tu,fratrē amiſeris:eum inquā fratrē,qui in ſeruanda,atq; augenda dignitate tua,neq; labori, neq; ſumptui ullo pepercerit: qui Cremenſem, & Brixienſem, ampliſſimas præfecturas, quas ſummo totius ſenatus conſenſu fuerat aſſecutus:ut ne abs tuis negociis diſtraheretur, dimiſerit:qui, quò ea,quæ ad te pertinēt, melius intelligeret: totum etiā feruentiſſimo ſole Patauinum territoriū perambulauerit:bono ſis animo uelim. perfectum eſt,cui inſiſtebatur,opus: uoticompos obiit:& uoticōpotem te reliquit: quæ ab aliis aut nullo pacto, aut non ita benè geri poterāt,cœpit ipſe,atq; perfecit: Quæ autē per multos,ſi non fideliùs,certè uel honeſtiùs

ministrari poterant: (neq; enim minimis qui-
busq; rebus talem tantum'q; uirum immisceri
oportebat) aliis, ut ne omninò ociosi forent,
perficiēda dimisit: quibus & studio tuo, & ne-
cessariorū, qui tibi plurimi sunt, diligentia sin-
gulari, facilè prouidebitur. Es enim (quod sæpè
cū summa admiratione annotaui) domui tuæ
(sicut oēs esse episcopos oporteret) benè præpo-
situs: & qui ex rei familiaris cura qualem, quā-
táq; Ecclesię Dei curā habiturus esses, facilè oī-
bus patefeceris. Deniq;, si patriæ causa doles:
memento: plus illi in te spei esse: q̄ aut in illo
nunc erat: aut ullo postea tpe putabatur fore.
per te enim, cùm sæpè antea, tum superiore in
primis anno, senatus nr̄i maiestas defensa est,
adiuta est, aucta est: usqueadeò: ut quod poten-
tissimi reges, principes nobilissimi, resp. opulē-
tissimæ, apud summū Pontificē per legatos im-
petrare nō potuerunt: solus ipse impetraueris:
& cum eo, Senatus noīe, pacem priùs firmaue-
ris, q̄ tractari eā quisq̄ alius sciret: Pacem dico?
an firmissimā beneuolentiā? certè firmissimam
beneuolentiā. Neq; enim senatui nostro quis
ita unq̄ fuit infestus: quin summo Pōtifici per
te nos multò cariores nunc simus: ut ubi abun-
dauit iniquitas: ibi superabundasse gratiā expe-
riamur. O mutatio dexteræ excelsi! O incōpre-
hensibile iudiciū Dei! Quod in Thuscia aduer-
sùs Florētinos gerebatur bellum: Pontifice de

iis, qui in Christos dñi sacrilegas iniecerāt manus, supplicium sumere cupiente, aliis, & quidē potentissimis, quod iustè necatos dicerēt illos, defendentibus, cōfectum erat. Patere iam, uellent nollent, uicta pertinacia, impii cogebantur: qui uictis aliquñ auxilio fuissent: suis rebus timere incipiębāt. Et ecce partim eorum, qui secundā fortunā suā ferre nō possent, nimia cōfidentia: partim tua, qui semp tpis perq̃ optimā rationē habes, solertia singulari, uersa in reip. nostrę cōmodum, atque ornamentum sunt omnia. qui amicissimi erāt: inimici effecti sunt: qui contrà inimici, aut certè non amici: amicissimi, & cōiunctissimi. Qua ex re non ego tantùm, sed alii quoque plurimi coniecturā facimus: quid per te urbi nostræ emolumēti foret: si in eius locum subrogareris, quem ita nobis amicum fecisti. Hoc autem ut cupiunt fermè oēs: ita & aliquñ futurū cōfidunt. Propterea summis te precibus obnixè orāt: uti patriæ tuæ causa, quam semper cōseruare, adiuuare, augere cupisti: luctum deponas: des'que operā: ut q̃diutissimè ualeas: ne, cùm amiserimus ciuem: patrem quoque patriæ, pariter amittamus: & dolorem supra dolorem habeamus. Patrię causa dolere, & suo plùs sciētem dolore obesse, q̃ illud obfuit, ppter quod dolebamus: planè patriā odisse est. Quod si de te suspicari sanæ mentis nemo potest: reliquū est: ut, qñ tuo dolore, patriā dolere intelligis:

hac ipsa ratione dolorem deponas, qua, dolendum tibi esse, censebas. Audisti quid patri filius cõsolationis attulerit. Audi nunc iã: quid Cardinali dicat episcopus, immò quid episcopus episcopo proferat. Alia enim mihi nunc, & quidẽ longè diuersa ratione, curãda hæc infirmitas est: palpãdaq́ sunt duriùs uulnera: ne latente intrinsecùs sanie, cutem iterũ incidendã superduci permittã: aut plagã (quod misericordes aiunt medicos facere) sinam putrescere. Et primũ quidẽ scire ex te cupio: hunc, quem tantopere luges, fratrem quis tibi dedit, ut dicere tuum posses? Non'ne Deus? Qua cõditione dedit? Non'ne p̃cario? Quis rursus abstulit? Non'ne qui & dedit? Cur igitur potius quereris ablatam tibi rem, non tuã, sed cõcessam prçcario ab eo, cuius erat: quod ingrati factitant, atq; iniusti: q̃ gratias agis: q̃ tantisper eius tibi usum p̃miserit, dum fuit necesse: quod gratorũ est, atq; iustorũ? Præterea uelim mihi respõdeas: qui diuino quotidie studiosissime inseruis officio: uolũtate Dei factum putas, ut diem obierit? an nõ? Non'ne uoluntate Dei? legisti certe dicẽtẽ. Ego occidã: & ego uiuere faciã. Et iterũ. Dñs mortificat: & uiuificat: deducit ad iferos: & reducit. Non'ne rursus inter orandum quotidie uerbis his uteris, quibus in Euangelio, nos uti debere, Dñs docet: Fiat uolũtas tua, sicut in cœlo & in terra? Certe uteris: aliter enim Deũ pro

Ecclesiæ instituto laudare non potes. Cum igitur uoluntate Dei, factum hoc putes: & abs te ut ita fieret, tandiu oratum sit, donec exoratum est: cur impetrasse te doles: qđ ut impetrares, orabas? Apostolus in prima ad Thessalonicenses epistola de resurrectione mortuorum scripturus, Nolumus, inquit, uos ignorare fratres de dormientibus: ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Quibus uerbis, quo æquiore animo eorum, qui naturæ debitum persoluissent, tolleraremus absentiã: primum omnium dormientes appellat, non mortuos: quippe quos, in supremi die iudicii excitaturus est Angelus: deinde qui spem habent: eos non debere cõtristari, affirmat. Et tu, qui quotidie cum Propheta decantas: Mihi autem adhærere Deo, bonum est: ponere in domino Deo spem meam: qui cum eodem propheta populum adhortaris, & dicis: Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda uestra: Deus adiutor noster in æternum: qui cum eoipso Propheta ad eum te uertis: & ais: In umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas: contristaberis, sicut & cæteri, qui spem non habent? Nunquid iam oblitus es, quod in Leuitico tam frequenter, tam studiose legisti? Vbi per Mosem dominus ait: Pontifex, idest sacerdos, Maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est

unctionis oleum: & cuius manus in sacerdotio consecratę sunt: uestitus'que est sanctis uestibus: caput suum non discoperiet: uestimenta non scindet: & ad omnem mortuum non ingredietur omnino: super patre quoque suo, & matre non cōtaminabitur: nec egredietur de sanctis: ne polluat sanctuarium domini: quia oleum sanctæ unctionis Dei sui super eum est? Aut, quod in eodem Leuitico Aaron, cum Mosi, quod hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, repertisset exustum, irascenti, sese, ac superstites ab incendio filios excusaret: respōdit: Oblata est, inquit, hodie uictima pro peccato, & holocaustum corā domino: mihi autem accidit, quod uides: quomodo potui comedere eum: aut placere domino in cerimoniis mente lugubri? Quod si neque oblitus es: (ut certe oblitus non es) & mente lugubri, etiam si patrem, aut matrem, extulisses, placere domino in cerimoniis non posse te, nosti: aut lugubrem hanc mentem deponas oportet: aut domino in cerimoniis placere non cures. Si uero quicquid agis, loqueris, cogitas: ad id ueluti signum aliquod refers: ut domino cerimoniis placeas: superest: ut lugubrem hanc mentem deponas: & uoluntati Dei tuam quoque uoluntatem accōmodes. Subiectus Deo esse non uult, qui quod Deus fecit, mallet infectum: nec cum Propheta dicere. Deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim

salutare meum. nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: Susceptor meus: non mouebor amplius... Mouetur quippe: & locum suum dimittit: contra q̃ in Ecclesiaste scriptum est.

Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te: locum tuum ne dimiseris: quia curatio facit cessare peccata maxima. Solent homines rebus interdum secundis multo magis inebriati, q̃ gulæ dediti plurimo ac meracissimo uino. Vnde in prouerbiis Salomon, Duo, inquit, rogaui te, ne deneges mihi anteq̃ moriar. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum uictui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum: & dicam. Quis est dominus? aut egestate compulsus furer: & periurem nomen Dei mei. Hunc interim esse spiritum potestatem habentis arbitremur. Assecutus es summo Pontificis maximi, & omnium Cardinalium studio, nec minori Senatus consensu Patauinæ urbis pontificatum amplissimum, ditissimum, honoratissimum. Conuenerunt illuc, ex finitimis urbibus episcopi: teq́ (uti par erat) officiosissime salutauerũt. Tum ciuitatis, sacerdotum, theologorum, iuris consultorum, Philosophorum tam docentium q̃ discentium conuentus habiti: qui elegantissimis orationibus laudarent, gratularentur: se suaq́ studia commendarent. Hoc esse dixerim: ascenderit super te. Eo tempore: si locum tuum non

dimisisti: certe uel ægre retinuisti. Non passus autem diutius periclitari te Deus, quod tibi in rebus humanis charissimum esse sciebat: de medio sustulit: & hãc, quo tutius locum tuum seruares, huius uelut aquam calamitatis rerum secundarum uino immiscuit: ut bibi iam absq; periculo posset. Fidelis enim est (ut inquit Apostolus) & non permittit nos tentari super id, quod possumus. Ita curatione cessare fecit peccata maxima, quæ aut iam erant, aut esse festinabant. Curantur quippe, & qui ægrotant: & qui ut ægrotent, in periculo sunt: & cessant nõ ea solum, quæ cœperant: sed ea etiam, quæ aduentabãt. Quid autem maius, q̃ extolli: & quasi aliquid ipse habeas, quod non acceperis, gloriari? Potes igitur cum Propheta dicere. Pauper ego sum: & in laboribus à iuuentute mea. Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Exaltatus: ut humiliareris: Humiliatus: ut exaltareris: sed eo modo exaltareris, quo Deus, qui deposuit potentes de sede: (ut apud Lucam legitur) humiles exaltauit. Quemadmodum enim maximis quibusq; uoluptatibus fastidiũ finitimum est: & (sicut in Prouerbiis legitur) Extrema gaudii luctus occupat: quod & in iis, qui uehementer rident, perspici potest: lachrymas enim uel ridentes excutiunt: ita maximis quibusq; mœroribus consolatio finitima est: & luctus extrema, gaudium occupabit. Cuius

rei (ni fallor) in sanctissimo uiro Iob exemplũ uidere licet. Nam ei post armentorum abactionem, incendium gregum, repentinũ filiorum interitum, ægrotationem deterrimam, greges, armenta'qꝫ duplicata, liberi totidem quidem, sed pulchriores, ualetudo melior, uita longissima, obtigit. Neqꝫ alius aut Ioseph, aut Tobiæ patris, euentus fuit: quorum alter à fratribus ut uile mancipium uenditus, à Madiannitis iterum Phutiphari Eunucho distractus, à domina falsi adulterii accusatus, à Phutiphare iniuste damnatus, tandem Aegypti suscepit imperium: Alter uero post multas atqꝫ frequentes eleemosynas, mortuorum sepulturam, cæcitatem oculorum, inopiam intollerabilem, uxoris iurgia, recuperato demum uisu, filium, multis onustũ bonis, nurum'qꝫ, cum ampla, utriusqꝫ sexus familia, & pecorum armentorum atqꝫ pecuniæ non spernenda multitudine recepit incolumes. Idem tibi (siquis mihi, ut aliis quoqꝫ multis præteriti consideratione, futurorum sensus est) obuenturũ expecta: & multò quidem cumulatius, q̃ eorum, quos pauloante commemoraui, alicui. Cum enim nihil tibi in rebus humanis morte fratris molestius accidere potuisset: consequens est: ut quod superueniet bonum, tale tantum'qꝫ sit: ut nihil eo in rebus humanis iucundius assequi potuisse te fatearis: dicas'qꝫ cum Propheta. Secũdum multitudinem

dolorum meorum in corde meo consolatio-
nes tuæ lætificauerunt animam meam. Itaq;
cõsolemur inuicem in uerbis istis: & dolorem
à nobis omnem pariter abiiciamus: Tu'q; in
primis: qui cum tuis uirtutibus, tum hominum
consensu, magnam suscepisti: & cura ut qui te
die noctu'q; circunstant, consolatores officiosis
simi: oculos'q; in te unum intentos tenent: di-
cant: scire te non minus aduersam fortunam
constanti animo ferre, q̃ secundam. Sic cæteris,
qui ex te pendent: & de tuo uultu suos formãt
affectus: patientiæ præbebis exemplum. Sic po
puli tibi crediti, ac in eo multorum, qui iniuste
uexantur: & uel propter inopiam, uel propter
aduersam ualetudinem lachrymantur: curam
habebis. Sic Deo, cui uelut alius Samuel cum
primum ablactatus es, dicatus fuisti: ut aduer-
sum te consurgat, causam nullam dabis. Nam
laudare, & gratias agere, cum quid ex sententia
uenerit: sciunt omnes: neq; illis plane', q̃ ita a-
gant, gratia magna habetur: agunt enim ita,
etiam mali: sed in aduersis rebus, in iis, quę con
tra q̃ uolebamus, eueniunt: in rebus, quas acci-
disse nollemus, hoc agere, cum probitatis, tum
in primis charitatis egregiæ argumentum est.
Quippe qui ita instituti sunt: quæ perdidere,
propter Deum: non autem propter ea, quæ per
didere, Deum coluisse se monstrant. Hæc est (ni
fallor) charitas Dei: quam Apostolus diffusam

dicit in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui datus est nobis. Hæc est illa charitas, quam in epistola ad Corinthios, Patientem esse, & omnia sufferre, idem Apostolus memorat: Illa, quæ operit multitudinem peccatorum: illa, in qua plenitudo legis consistit: illa, sine qua neq; linguis loqui, neq; prophetare, neq; mysteriorum habere scientiam, neq; miracula facere, neq; eleemosynas dare, neq; tormenta subire, quicq̃ prodest: Illa, quæ est uinculum perfectionis: quæ fide melior, nobilior spe, utraq; diuturnior est: quam qui habuerit: nō esse Deo amicus non poterit. Hæc te ut fratris mortem, æquo animo feras, precatur: & (nisi exaudieris) discessuram se ex tuo diuersorio comminatur. Noli obsecro, noli te illi ultra præbere difficilem. Si homo es: memento conditionis humanæ: & eum, quem uti amissum doles, præmissum cogita: neq; solum præmissum: sed aduersis nostrorum temporum, ualetudinibus, bellis, uitiis'q; subtractum. Si pater es: filio, uti ne diutius maceres, oranti ausculta: & filiorum, qui tibi ex fratribus nepotes sunt, familiæ, quæ ex te omnis dependet: patriæ, cuius primo post Deum, loco omnis in te sita spes est: causa, bono animo es, si tua esse non uis. Si Episcopus es, & Cardinalis: cum neq; tuum esse intelligas, quem extulisti fratrem, & uoluntate Dei, quam fieri quotidie, oras, elatum scias: & aliquando

resurrecturum speres: & lugubri in cerimoniis mente placere domino Pontificem non posse, cognoscas: & periclitantem in te hoc pacto hũ militatem adiutam cernas: & obuenturum tibi, a' Deo supremum bonum expectes: & susceptæ de te semel hominum opinioni satisfacere compellaris: & charitatis consuetudine priuari nolles: gratias age: & uiri merito imitandi uerbis (si accommodatiora ipse non inuenis) utere, dicens. Dominus dedit: dominus abstulit: sicut domino placuit: ita factum est. Sit nomen domini benedictum.

Hactenus homo hominem, filius patrem, Episcopus Cardinalem consolatus sum. Nunc, ut alia etiam ratione tuo succurratur dolori: (nam & cantu nonnunq̃ leniri consueuit) quos Patauii, Belluni, Romæ uersuum, atq; hymnorum cecini libros tres: tuo iandudum nomini destinatos tibi dono do. Tu, ea uelim mente accipias, qua dantur: & interdum, ubi ocium fuerit, legas. spero enim fore: ut uel omnem abs te illum expellant: uel certe maiorem immodum minuant: si non elegantia: saltem, ꝙ animum interim occupatum, tenebunt, ut ne sui doloris memor sit. Vale. Datum Belluni idibus Sextilibus. M.CCCC.LXXXI.

FINIS

PETRI BARROcii ep̄i Patauini ad pestilentiã dep̄cãdã officiũ. Ad vesperas. Aña. Immisit dñs. cum reliquis de laudibus. p̄s. Ad dominũ, cũ tribularer, clamaui. p̄s. Leuaui oculos meos. p̄s. Ad te leuaui oculos meos. p̄s. Nisi dñs ædificauerit domum. p̄s. Deprofũdis clamaui ad te domine. Capitulum.

IMMISIT dñs pestilẽtiam in Israel, de mane vsq̧ ad tempus cõstitutum: & mortui sunt ẻ populo, à Dan vsq̧ Bersabee, septuaginta millia uirorũ. ℞. Deo grãs. Hym.

TV tuorũ sępe cędi
Terga q̃ fidelium
Sustines: ne praua quéq̃
Perdat arrogantia:
Supplicantũ vota luctus
Plena tristis accipe.
En lues horrẽda cũctos
Huius urbis incolas
Deuorat: nec iam sepulchris Possum⁹ cadauera,
Quę putrescũt ĩ platęis,
Insepulta condere.
Non fateri: nõ sacrato
Christi Iesu corpore:
Nõ suprema rite possũt
Vnctione perfrui:
Sic eos festinat isthinc
Mors amara tollere.
Indolẽdã terra squallet
Versa solitudinem:
Iãq̧ penė obmutuerũt
Ora te canentium:
Atq̧ post se cũcta tetro
Dæmon ore pertrahit.
Parce Iesu: & sæuienti
Dic, misertus, angelo.
Sufficit: manũ tuam iã
Contine: nec amplius
Ciuitatem corde toto
Pœnitentem percute.
Nanq̧ nõ natura te, sed
Culpa cum reliquerit:
Qui docebas: q̃ monebas: q̃ rogabas: criminũ
Culpa, nõ natura pęnas,
Debet horum pendere.

℟. Amen. Et cantatur in tono hymni. Pange lingua gloriosi. ℣. Cũ occideret eos: quęrebãt eũ. ℟. Et reuertebãtur: & diluculo ueniebãt ad eũ. Ad magnificat aña. Cũ uenisset Gad, ad Dauid: nunciauit ei dicẽs: aut septem annis ueniet fames i terra tua: aut tribus mẽsibus, fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua: nunc ergo delibera, &. vide: quẽ respõdeã ei, qui me misit, sermonẽ. Oratio.

DEus, qui nõ mortem, sed pœnitentiã desideras peccatorũ: populum tuum quæsumus, ad te cõuerte propitius: vt dũ tibi deuotus exiftit: iracũdiæ tuę, ab eo flagella amoueas Per dñm &c. ℟. Amẽ. Ad matutinũ inuitato. Peccauimus cum patribus nostris: Iniuste egimus: iniqtatẽ fecimus. ps. Venite. Hymnus.

DIra crassati modo quam videmus
Huius in vicis prope ciuitatis
Omnibus pestis, stolidos nimis nos
Indicat esse.

Nanq; si tanto studio timetur
Corporis mors, quæ tamen est futura:
Cur magis non mors animæ timenda est
Non moriturae?

Quæris hic quæ mors animæ sit ista:
Cum mori nulla ratione possit:
Accipe: & te nunc miserande saltem
Fallere noli.

Cum Deus culpas animam relinquit
Ob suas: mors est animæ tremenda,
Centies plus, q̃ caro mille mortes

Si pateretur.
S ed fides uitæ quia nō habetur
Firma uenturæ: trepidamus istam
Perdere: illius nec habere curam
Cernimur ullam.
E rgo iam tandem pia corda sursum,
Siquis est nobis pudor, erigamus:
Et Deum, qui nos ita liberare
Vult, metuamus.
N am dies tunc, cum veniet suprema:
Improbos nolūt ad eū venire,
Qui modo immensis sine fine dæmon
Ignibus vret. ℟. Amē.
Et cātaꝰ i tono hymni. Iste confessor. Ad noct. Añ. Percussit cor suum Dauid, postq̄ numeratus est populus. ps. Beatus vir, q non abiit. Añ. Peccaui valde in hoc facto: sed precor dñe vt transferas iniquitatē serui tui: quia stulte egi nimis. ps. Dñe qd multiplicati sunt. Añ. Ascende: & cōstitue altare domino, in arca Areuna Iebusęi. ps. Dñe, ne in furore tuo. ℣. ℟. Cum occideret eos, quærebant eū. ℟. Et reuertebātur: & diluculo, veniebāt ad eū. Sermo. s. Cypriani Episcopi. Lectio prima.

E T si apud plurimos vestrū, frēs dilectissimi, mens solida est, & fides firma: & aīa deuota, quæ ad p̄ntis mortalitatis copiā nō moueť: sed tanq̄ petra fortis, & stabilis, turbidos impetus mōdi, & violētos seculi fluctus frangit potius: ipsa nec frangitur: & tentationibus nō vincitur, sed probať: tñ qa animaduerto in plebe quosdā vel imbecillitate animi, vel fidei paruitate, vel dulcedine secu-

laris vitæ, vel sexus mol
licie, vel (qđ magis est)
veritatis errore, minus
stare fortiter: nec pecto-
ris sui diuinū, atq; inui-
ctū robur exercere: dissi
mulāda res nō fuit, nec
tacēda, quo minus q̃tū
nostra mediocritas pōt,
vigore pleno, & sermo-
ne, de dñica lectione cō
cepto, delicatæ mentis
ignauia cōprimatur: &
qui, hō Dei, & Christi,
esse iam cœpit: Deo, &
Christo, dignus habeat.
Agnoscere enim se de-
bet, frēs dilectissimi, qui
Deo militat, qui positus
in cœlestibus castris, di
uina iā sperat: vt ad pcel
las, & turbines mūdi tre
pidatio nulla sit in no-
bis, nulla turbatio: quā-
do hæc uētura prædixe
rit dñs: prouidæ vocis
hortatu instruens, & do
cens, & præparans, atq;
corroborās Ecclesię suę
pp̃lm, ad oēm tolleran
tiam futurorū. Bella, &
fames, & terręmotus, &
pestilētias, per loca sin-
gula exurgere, pręnūcia
uit, & cecinit: & ne ino-
pinatus nos, & nouus re
rum infestātium metus
quateret: magis, ac ma-
gis, in nouissimis tēpo-
ribus aduersa crebresce-
re, ante pręmonuit. Fiūt
ecce, quæ dicta sunt. Et
qñ fiunt, quæ ante præ-
dicta sunt, sequentur &
quæcūq; promissa sunt:
dño ipso pollicente, &
dicēte. Cum autē videri
tis hæc oīa fieri: scitote,
qm̃ in proximo est re-
gnū Dei. Regnū Dei,
frēs dilectissimi, cōcepit
in proximo: præmiū vi
tę, & gaudiū salutis ęter
nę, & perpetua lętitia, &
possessio paradisi, nuper
amissa, mūdo trāseunte,
iam veniunt: iā terrenis
cœlestia, & magna par-
uis, & caducis æterna
succedunt. Quis hic an-

xietatis & ſolicitudinis locus eſt? quis inter hæc trepidus,& mœſtus eſt, niſi cui ſpes,& fides deeſt? Eius eſt enim mortem timere,qui ad Chriſtum nolit ire. Eius eſt ad Chriſtum nolle ire: qui ſe nõ credit cũ Chriſto icipere regnare.Scriptũ eſt enim. Iuſtum fide viuere: Si iuſtus es:& fide viuis:ſi vere in Deũ credis:cur non cũ Chriſto futurus,& de domini pollicitatiõe ſecurus, ꝙ ad Chriſtũ voceris, amplecteris:& ꝙ zabulo careas,gratularis? Symeon deniqꝫ ille iuſtus, qui vere iuſtus fuit: qui fide plene Dei præcepta ſeruauit: cũ ei diuinitus reſponſum fuiſſet:ꝙ nõ ante moreretur,ꝙ̃ Chriſtũ vidiſſet:& Chriſtus infans in tẽplũ cum matre veniſſet: agnouit in ſpũ,natũ eſſe iam Chriſtum:de quo ſibi fuerat ante prędictũ:quo viſo, ſciuit cito ſe eſſe moriturũ.Lætus itaqꝫ de morte,iam proxima,& de vicina acceſſione ſecurus, accepit in manibus puerũ:& bñdicens Deũ,exclamauit:& dixit:Nunc dimittis ſeruũ tuũ dñe, ſm verbũ tuum, in pace:quoniã viderũt oculi mei ſalutare tuum : Probans ſcilicet, & cõteſtans: tunc eſſe ſeruis Dei pacem,tunc liberã, & tranquillã quietẽ:qñ de iſtis mundi turbinibus extracti,ſedis, & ſecuritatis æternæ portũ petimus:quãdo expuncta hac morte,ad imortalitatẽ venimus.Illa eſt enim noſtra pax: illa fida trãquillitas: illa ſtabilis, & firma & perpetua ſecuritas. ℟. Deus Hebręorũ,vocauit nos: Vt eamus viam triũ dierum in ſolitudine:& ſacrificemus,dño Deo no

ſtro. ℣. Ne forte, accidat nobis, peſtis, aut gladius. Vt eamus. Lcō. ii.

CAEterū q̄d aliud ī mundo, q̄ pugna aduerſus diabolū quotidie geritur? q̄ aduerſus iacula & tela cōflictationibus aſſiduis dimicat? Cum auaritia nobis, cū impudicitia, cum ira, cū ambitiōe, cōgreſſio eſt: cū carnalibus vitiis, cū illecebris ſecularibus, aſſidua, & iugis, & moleſta, luctatio eſt: obſeſſa mens hoīs, & vndiq̧ zabuli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis: vix reſiſtit. Si auaritia proſtrata eſt: exurgit libido. Si libido cōpreſſa eſt: ſuccedit ambitio. Si ambitio cōtēpta eſt: ira exaſperat: inflat ſupbia: vinolentia incitat: inuidia cōcordiam rumpit: amicitiam zelus abſcindit: Cogeris maledicere: quod lex diuina phibet: Cōpelleris iurare: quod non licet. Tot pſecutiones animus quotidie patitur: tot periculis pectus vrgetur. & delectat hic inter zabuli gladios, diu ſtare: cū magis cōcupiſcēdū ſit, & optādum, ad Chriſtū, ſubueniente velocius morte, properare, ipſo inſtruēte nos, & dicēte: Amē, amen, dico vobis: quoniam vos plorabitis, & plangetis: ſeculū autem gaudebit: vos triſtes eritis: ſed triſtitia veſtra in lætitiā veniet. Quis nō ad lætitiam venire feſtinet? quis nō triſtitia carere optet? q̄n autē in lętitiā veniat noſtra triſtitia, dn̄s denuo ipſe declarat, dicens. Iterū videbo vos, & gaudebit cor veſtrū: & gaudiū veſtrū nemo tollet a vob.

Cū ergo videre Chriſtū, gaudere ſit: nec poſſit eſſe gaudiū nr̄m, niſi

cũ uiderimus Christũ: q̃ cæcitas animi, quæ'ue demẽtia est: amare pſſuras & pœnas & lachrymas mundi: & non festinare potius ad gaudiũ, quod nunq̃ possit auferri? Hoc autem fit, fratres dilectissimi: quia fides deest: quia nemo credit uera esse, quę promittit Deus: qui uerax est: cuius sermo credentibus ęternus & firmus est. Si tibi uir grauis & laudabilis aliquid pollicere tur: haberes utiq; pollicenti fidẽ: nec te falli, ac decipi ab eo crederes: quem stare in sermonibus atq; in actibus suis scires: nunc Deus tecum loquitur: & tu mẽte incredula pfidus fluctuas? Deus tibi de hoc mũdo recedẽti immortalitatẽ pollicetur atq; æternitatem: & tu dubitas? hoc est: Deum omnino non nosse: hoc est: Christum credentium magistrum peccato icredulitatis offendere: Hoc est: i ecclesia cõstitutum fidem in domo fidei non habere. q̃tum prosit exire de seculo Christus ipse, salutis atq; utilitatis nostræ magister ostendit: qui, cũ discipuli eius cõtristarentur, q͏ se iam diceret recessurum: locutus est ad eos dicẽs: Si me dilexissetis: gauderetis: quoniam ad Patrem uado: Docens, & ostendens: cũ chari quos diligimus de seculo exeũt: gaudendũ potius, q̃ dolendum. Cuius rei memor Beatus Apostolus Paulus i epistola sua ponit: & dicit. Mihi uiuere Christus est: & mori lucrum: Lucrum maximum computãs: iam seculi laqueis non teneri: iam nullis peccatis & uitiis carnis obnoxiũ fieri: exẽptum pressuris an

gentibus, & venenatis diaboli faucibus liberatũ, ad lætitiã salutis ęternæ, Christo vocãte ꝓficisci. ℞. Si nolueritis recipere disciplinam: sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoq; contra vos, aduersus icedã: Et percutiã vos septies, propter peccata vestra. ℣. Cũq; cõfugeritis in vrbes: mittã pestilẽtiam in medio vestri: Et percutiã. Lectio. iii.

At enim mouet quosdã: ꝙ æqualiter cũ gentilibus nr̃os morbi isti⁹ valetudo corripiat: quasi ad hoc crediderit Christianus: vt & imunis a contactu malorũ, mundo, & sc̃lo feliciter ꝑfruatur: & non oĩa hic aduersa, ꝑpessus, ad futurã lętitiã reseruetur. Mouet quosdã: ꝙ sit nobis cum cæteris mortalitas ista cõis. Quid enim nobis in hoc mũdo nõ cõmune cum cęteris, q̃diu adhuc secũdũ legẽ primæ natiuitatis, manet caro ista cõmunis? quo adusq; istic in mũdo sumus: cum genere humano carnis æqualitate cõiũgimur: spiritu separamur. Itaq; donec corruptiuũ istud induat incorruptionem: & mortale hoc accipiat ĩmortalitatem: & spũs nos ꝑducat ad dñm Patrẽ: quęcũq; sunt carnis incõmoda, sunt nobis cũ humano genere cõia. Sic cũ fœtu sterili terra ieiuna est: neminẽ fames separat. sic cũ incursione hostili ciuitas aliq̃ possessa est: oẽs simul captiuitas vastat. Et qñ imbrẽ nubila serena suspendũt: oĩbus siccitas vna est. Et cũ nauẽ scopulosa saxa cõfringũt: nauigãtibus naufragiũ sine exceptione cõe est. Et oculorum dolor, & impet⁹ febriũ,

& omniū valetudo mē
brorū cum cæteris,cōis
est nobis,q̄diu portatur
in seculo caro ista cōis.
Quinimmo siqua cōdi
tione,siqua lege credi-
derit Chr̄ianus,noscat,
& teneat:sciet:plus sibi,
q̄ cæteris,in seculo labo
rādū:cui magis sit cum
diaboli impugnatione
luctādū. Docet,& præ-
monet scriptura Diuina,
dicens. Fili accedēs ad
seruitutē Dei:sta in iusti
tia,& timore:& para ani
mam tuā ad tētationē.
Et iterū. In dolore su
stine:& in timore, & in
humilitate patientiā ha
be:qm̄ igne probaꝛ au-
rū & argētū.Sic Iob post
rerū dāna,post pignorū
funera,vlceribus quoq;,
& vermibus, grauiter af
flictus,nō victus est, sed
ꝓbatus:q in ipsis cōfli-
ctationibꝰ suis & dolori
bus patiētiam religiose
mētis ōndēs, ait. Nu-
dus exiui de vtero m̄ris
meę:nudus etiā ibo sub
terrā. dn̄s dedit:dn̄s ab
stulit: sicut dn̄o visum
est:ita & factū est: sit no
men dn̄i benedictum.
Et, cum eum vxor sua
cōpelleret,vt vi doloris
impatiēs aliquid aduer
sus Deū querula & in-
uidiosa voce loquere-
tur: respondit, & dixit.
Tanq̄ vna ex insipien-
tibus mulieribus locuta
es.Si bona de manu do
mini suscepimus: quare
mala nō tolleramus? In
iis oībus,quę cōtigerūt,
Iob labiis suis nihil pec
cauit in conspectu dn̄i.
Itaq; illi testimonium
ꝓhibet dominus, dicēs.
Animaduertisti puerū
meum Iob? non est si-
milis illi q̄sq̄,in terris,
homo sine querela, ve-
rus Dei cultor. Et To-
bias post opera magni-
fica, post misericordiæ
suæ multa & gloriosa

præconia, cęcitatem lu- minum passus timēs & bñdicens Deum, in ad- uersis per ipsam corpo- ris sui cladem creuit ad laudem: quem & ipsum uxor sua deprauare ten- tauit, dicēs. Vbi sunt iu stitiæ tuę? ecce quę pate ris. At ille circa timorē Dei stabilis & firmus & ad oēm tollerantiā pas- sionis fide religionis ar- matus, tētationi uxoris inualidæ in dolore non cessit: sed magis Deum maiore patiētia prome- ruit: quē postmodū Ra phael collaudat: & di- cit. Opera dei reuelare & cōfiteri honorificum est. Nā qñ orabas tu, & Sarra nurus tua: ego ob tuli memoriā orationis uestræ in cōspectu clari tatis Dei. Et cū sepelires mortuos simpliciter: & quia nō es cunctatus ex- urgere, & derelinquere prandiū tuum: & abisti, & cōdidisti mortuum: missus sum tētare te: & iterū me misit Deus cu- rare te, & Sarrā nurum tuā. Ego enim sum Ra- phael unus ex septē an- gelis, qui assistimus, & conuersamur ante clari tatem Dei. ℟. Vsq; quo detrahet mihi populus iste? quousq; nō credēt mihi in oibus signis, q̄ feci corā eis. ℣. Feriam igit̃ eos pestilentia: atq; cōsumā, In oibus. Glo ria patri. In oibus. In .ii. noct. Aña. Quid causæ est, vt veniat dñs meus, rex ad seruū suum. ps. Conserua me dñe: qm̃ speraui in te. Añ Acci- piat & offerat dominus meus rex, sicut placet ei. ps. Exaltabo te dñe. Añ Habes boues in ho locaustū, & plaustrum, & iuga bouū, in usum lignorū. ps. Dñe ne in furore. ii. ℣. Viam fecit semitæ iræ suæ. ℟. Et

non pepercit a morte, animarū eorū. Lcō.iiii.

HAnc tollerantiam iusti semp habuerunt: hanc Apostoli disciplinā de dñi lege tenuerunt: non mussitare in aduersis: sed quęcūq; in seculo accidunt: fortiter, & patiēter excipere. Cum iudęorū populus hinc semp offenderit: q̄ aduersus Deum frequētius murmuraret: sicut testatur in Numeris dñs Deus, dicens. Desinat murmuratio eorū a me: & non morientur. Murmurandū nō est in aduersis, frēs dilectissimi: sed patiēter, & fortiter, quicqd acciderit, sustinendū: cū scriptū sit: Sacrificium Deo, spūs cōtribulatus: cor cōtritum, & humiliatū Deus non despiciet: In Deuteronomio quoq;, moneat, Spiritus sanctus p Mosem, & dicat. Dñs Deus tuus vexabit te: & famē iniiciet tibi: & cognoscetur in corde tuo, si bene custodieris pręcepta eius, siue non. Et iterum. Tētat vos dñs Deus vester: vt sciat, si diligitis dñm Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra: sicut Habraā Deo placuit: qui vt Deo placeret, nec amittere filiū timuit: nec gerere parricidiū recusauit. qui filiū non potes lege, & sorte mortalitatis amittere: quid faceres, si filium iuberetis occidere? Ad omnia te facere paratum timor Dei, & fides debet. Sit licet rei familiaris amissio: sit de infestātibus morbis assidua mēbrorū & cruenta vexatio: sit de vxore, de liberis, de excedentibus charis funebris & tristis auulsio: nō sint tibi scādala ista, sed prælia: nec.

debilitent, aut frangant Christiani fidē: sed potius ostendant in colluctatione virtutem: cum contemnēda sit omnis iniuria malorum praesentium, fiducia futurorum bonorum. Nisi praecesserit pugna: non potest esse victoria. Cum fuit in pugnae congressione victoria: tunc datur vincentibus & corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur: in acie miles probatur. delicata iactatio est, cum periculum non est. Conflictatio in aduersis probatio est veritatis. Arbor, quae alta radice fundata est: ventis incumbentibus non mouetur: & nauis, quae forti compage solidata est: pulsatur fluctibus: nec foratur: & quando area fruges terit: ventos grana fortia, & robusta cōtēnunt: inanes paleae, flatu portantē rapiuntur. Sic & Apostolus Paulus post naufragia, post flagella, post carnis & corporis multa & grauia tormenta, non vexari, sed emendari se dicit in aduersis: vt, dum grauius affligitur, verius probaretur.

Datus est mihi, inquit, stimulus carnis meę, angelus sathanae, qui me collaphizet: vt non extollar. propter quod, dominum ter rogaui, vt discederet a me: & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate pficitur.

Quando ergo infirmitas, vel imbecillitas, & vastitas aliqua grassatur: tunc virtus nostra perficitur: tunc fides, si tentata perstiterit, coronatur: sicut scriptum est. Vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio tribulatio-

nis. ℟. Mittet dominus super te famem & esuriem & increpationē. In omnia opera tua, quę tu facies. ℣. Adiū get tibi dominus pestilentiam, donec consumat te de terra: In omnia opera. Lectio. v.

HOc deniq; inter nos, & cæteros interest, qui Deum nesciunt: q̄ illi in aduersis queruntur, & murmurant: nos aduersa non auocant à virtutis, & fidei veritate: sed corroborant in dolore. hoc, quod nunc corporis vires solutus in fluxum venter euiscerat, quod in faucium vulnera conceptus medullitus ignis exæstuat: q̄ assiduo vomitu intestina quatiuntur: q̄ oculi vi sanguinis exardescunt: q̄ quorundam pedes, vel aliquas membrorum partes contagia morbidæ putredinis amputarunt: q̄ per iacturas & damna corporū prorumpente languore, vel debilitat̄ incessus: vel auditus obstruitur: vel cęcatur aspectus: ad documentum proficit fidei. contra tot impetus vastationis & mortis inconcussi animi, virtutibus congredi, quanta pectoris magnitudo est? & quanta sublimitas: inter ruinas humani generis stare rectum: nec cum eis, quibus spes in dominū nulla est, iacere prostratū? gratulari magis oportet, & temporis munus amplecti: q̄, dum nostram fidē firmiter promimus: & labore tollerato ad Christum per angustam Christi viam pergimus: præmium vitæ, & fidei, ipso iudicante, capiamus. Mori planè timeat: sed qui

ex aqua & spiritu non renatus gehennæ ignibus, mancipatur. Mori timeat: qui non Christi cruce, & passione, censetur: mori timeat, qui ad secundam mortem de hac morte transibit: mori timeat, quē de seculo recedentem perennibus pœnis æterna flamma torquebit: Mori timeat, cui hoc mora longiore confertur: vt cruciatus eius & gemitus interim differantur. Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur: hoc est: multi ex nostris de seculo liberātur. mortalitas ista Iudęis, & Gentilibus, & Christi hostibus pestis est: Dei autem seruis salutaris excessus est. Hoc, q̄ sine ullo discrimine generis humani cū iniustis & iusti, moriūtur: nō est q putetis: bonis & malis interitū esse cō

munē. ad refrigeriū, iusti vocantur: ad suppliciū rapiuntur iniusti: datur velocius tutela fidētibus: perfidis pœna. ℟. Immisit dn̄s pestilentiā in Israel: Et mortui sunt e ppl̄o septuaginta millia viroru. ℣. Cūq̄ extēdisset manū suam angelus dn̄i super Hierusalē, vt disperderet eam: misertus est dn̄s super afflictionē: Et mor. Lcō. vi.

Improuidi & ingrati sumus, frēs dilectissimi, ad diuina beneficia: nec quid nobis cōferat, agnoscimus. excedūt ecce in pace tutæ cū gloria sua virgines, veniētis antichristi minas, & corruptelas, & lupanaria, non timētes. pueri periculū lubricæ ętatis euadunt: ad cōtinētiæ, atq̄ innocentiæ præmiū feliciter perueniūt. tormēta iam non timet delicata matrona, metū perse-

cutionis, & manus cruciatus'q; carnificis, moriēdi celeritate lucrata. pauore mortalitatis & tpis accenduntur trepidi: cōstringunt remissi: excitantur ignaui: deser tores cōpelluntur vt redeant: gētiles coguntur vt credant: vetus fideliū ppl's ad quietē vocatur: ad aciem recēs & copiosus exercitus robore for tiore colligitur: pugnaturus sine metu mortis cum præliū venerit, qui ad militiam tpe mortalitatis accedit. Quid deinde illud frēs dilectissimi, quale est: q̄ ptinens, q̄ necessarium: q; pestis ista, & lues, quæ horribilis, & feralis videtur: explorat iustitias singulorum: & mentes humani generis examinat: an infirmis, seruiant sani: an ꝓpinqui cognatos pie diligāt: an misereantur seruorū languētiū, dñi: an deprecātes ęgros nō deserāt medici: an feroces violentiā suam cōprimant: an rapaces auaritię furentis insatiabilē semper ardorē vel metu mortis extinguāt: an ceruicē flectāt superbi: an audaciā leniant improbi: an peūtibus charis, vel sic aliquid diuites largiantur, & donēt, sine hærede morituri? Vt nihil aliud mortalitas ista contulerit: hoc Christianis, & Dei seruis plurimū præstitit: q; martyriū cœpimus libēter appetere: dū mortē discimus nō timere. Exercitia sūt nobis ista, nō funera: dant animo fortitudinis gloriā: contēptu mortis præparant ad coronā. Sed fortasse aliqs opponat: & dicat. hoc me ergo in præsenti mortalitate cōtristat: q; qui paratus ad cōfessionē fuerā, & ad tolle-

rantiam passionis, toto me corde & plena virtute deuouerã: martyrio meo priuor, dum morte præuenior. Primo in loco: non est in tua potestate, sed in Dei dignatione martyriũ: nec potes te dicere perdidisse, quod nescis an mereaeris accipere: tunc deinde Deus, scrutator renis & cordis, & occultorũ cõtẽplator & cognitor, videt te: & laudat: & cõprobat: & qui perspicit apud te paratã fuisse virtutẽ: reddet pro virtute mercedẽ. Nũqd Caim, cum Deo munus offerret, iam peremerat fratrem? Et tñ parricidiũ, mente cõceptum Deus prouidus ante damnauit: vt illic cogitatio mala & pniciosa cõceptio Deo prouidẽte prospecta est: ita & in Dei seruis, apud quos cõfessio cogitatur: & martyriũ mẽte cõcipitur: animus ad bonũ deditus, Deo iudice coronatur. aliud est, martyrio animũ deesse: aliud, animo defuisse martyriũ. qualem te inuenit Deus, cum vocat: talem pariter & iudicat: qñ ipse testatur, & dicit. Et scient oẽs Ecclesiæ: ꝙ ego sum scrutator renis, & cordis. Nec enim sanguinem vestrũ quærit Deus, sed fidem. Nam nec Habraã, nec Isaac, nec Iacob, occisi sunt: & tñ fidei, & iustitiæ meritis honorati inter Patriarchas primi esse meruerũt. Ad quorum conuiuiũ congregatur, quisquis fidelis, & iustus, & laudabilis, inuenitur. ℟. Vidit Dauid angelũ stantem: Et euaginatũ gladium in manu ei⁹: & versum cõtra Hierusalẽ. ℣. Et ait angelo percutiẽti populũ dñs. sufficit nunc: cõtine

dne manũ tuã. Et euagi natum. Gloria patri. Et euaginatũ. In.iii.noct. Añ. Nequaq̃ vt vis: sed emã pretio, a te: & non offerã, dño Deo meo, holocausta gratuita. ps. Bti, quorũ remissæ sunt iniqtates. Añ. Aedificauit ibi David, altare domino: & obtulit holocausta, & pacifica. ps. Expectãs, expectaui dñm. Añ. Propitiatus est dñs terræ: & cohibita est plaga ab Israel. ps. Domine Deus salutis meę. ℣. Misit in eos irã indignationis suæ. ℟. Indignationẽ, & irã, & tribulationẽ, imissiones p angelos malos. Lcõ. vii.

Meminisse debemus: volũtatem nos nõ nostrã, sed Dei facere debere: s3 q̃ nos Deus quotidie iussit orare: q̃ præposterũ est, q̃q3 puersum: vt, cũ Dei volũtatẽ fieri postulemus: qñ euocat nos, & accersit de hoc mũdo Deus: nõ statim volũtatis eius imperio pareamus: hoc nitimur, & reluctamur: & puicaciũ more seruo rũ ad cõspectũ dñi cum tristitia & mœrore, pducimur: exeuntes isthinc, necessitatis vinculo, nõ obsequio voluntatis: & volumus ab eo pręmiis cœlestib⁹ honorari: ad quem venimus inuiti? Quid ergo rogamus & petimus: vt adueniat regnũ cœlorũ: si captiuitas terrena delectat? qd precibus frequẽter iterãtis rogam⁹, & poscim⁹: vt acceleret dies regni: si maiora desideria, & vota potiora sunt: seruire istic diabolo, q̃ regnare cũ Christo? Deniq3 vt manifestius, diuinæ pui dentię indicia clarescerent: qd dñs, pręscius futurorũ, suis consulat ãd verã salutẽ: cũ quidã de

collegis & ↄsacerdotib⁹ nřis, iā de infirmitate, & de appropinquāte mor te solicit⁹ comeatū sibi ꝑcaret: astitit deprecāti, & iā pene' morieti iuue nis honore & maiestate venerabilis, statura ex- celsus, & clarus aspectu: & quē assistentē sibi vix posset human⁹ aspectus oculis carnalib⁹ intueri: nisi ꝙ talē videre iā po- terat de sclo recessurus. Atq; ille nō sine quadā ai & vocis indignatiōe ifremuit: & dixit. Pati timetis: exire nō vultis: qd faciā vob? Increpā- tis vox est, & monētis, q de ꝑsecutione solicitis, de accersiōe securis, nō cōsentit, ad pñs deside- riū: sed ↄsulit in futurū. Audiuit frater nř & col lega moriturus: qđ cęte ris diceret. Nam q mori turus audiuit: ad hoc au diuit: vt diceret: Audi- uit, non sibi ille, sed nō- bis. Nunqd disceret iā recessurus? Didicit: imo nobis remanētibus: vt, dum sacerdotē, qui co- meatū petebat, increpi- tū esse cōperimus: quid cūctis expediat, agno- sceremus. Nobis quoq; ipsis minimis, & exter- nis, quoties reuelatū est, ꝙ frequēter, atq; manife ste, de Dei dignatione? præceptum est: vt cōte- starer assidue, & publice prædicarē: frēs nřos nō esse lugēdos accersione dñica de seculo libera- tos: cū sciā nō eos amit ti, sed præmitti: receden tes præcedere: vt profici scentes, & nauigātes so- lēt. desiderari eos debe- re: non plāgi. Nec acci- piēdas esse hic atras ve- stes: qñ illi ibi indumē- ta alba iam sumpserint. Occasionē dandam nō eē Gētilib⁹: vt nos meri to, ac iure rephēdāt: ꝙ, quos viuere apud Deū

dicimus: vt extinctos,& pditos,lugeamus: & fidē, quā sermone & voce depromimus: cordis,& pectoris testimonio nō pbemus. Spei nr̄æ ac fidei puaricatores sum⁹. simulata,ficta,fucata,videnť esse,quæ dicimus. Nihil,pdest,verbis proferre virtuté: & factis destruere veritaté. Improbat deniq; Apl̄s Paulus, & obiurgat,& culpat, si q cōtristenť in excessu suorū. Nolumus,inqt, ignorare vos fratres,de dormiētibus: vt nō cōtristemini,sicut & cæteri,q spem nō hn̄t. Si eni credimus: qa Iesus mortuus est: & resurrexit: sic & Deus eos,q dormierūt in Christo: adducet cū illo. Eos cōtristari dicit i excessu suorū, q spē nō hn̄t. Qui aūt,spe viuimus: & in Deū credim⁹: & Christū passu; eē pro nobis,& resurrexisse, cōfidimus: in Christo manētes,& p ipsum,atq; in ipso,resurgentes, qd aut ipsi recedere isthinc de sclo nolumus: aut nr̄os recedētes q̄si pditos plāgimus,ac dolemus? ipo Christo dn̄o & Deo nostro monēte,& dicente. Ego sum resurrectio. q credit i me: licet moriatur: viuet: & ois,q viuit, & credit in me: nō morieť in ęternū. ℟. Fames cū oborta fuerit i terra, aut pestilētia,aut corruptus aer: Siqs expāderit man⁹ suas i domo hac. ℣. Tu exaudies in cœlo: in loco habitationis tuæ: & repropitiaberis. Siquis. Lectio.viii.

SI in Christū credimus: fidē verbis,& pmissis ei⁹ hēam⁹: & nō moriemur i ęternū: ad Christū, cū quo & victuri, & regnaturi semp sumus, læta securitate veniam⁹. Qđ interim morimur:

ad imortalitatẽ morte trãſgredimur. Nec põt vita ęterna ſuccedere,niſi hinc contigerit exire. Non eſt exitus, ſed trãſitus, & tpali itinere decurſo ad ęterna trãſgreſſus. Quis nõ ad meliora feſtinet? Quis nõ mutari,& reformari,ad Chriſti ſpeciẽ, & ad cœleſtis grę dignitatẽ venire citius exoptet? Paulo apoſtolo prædicãte. Noſtra autẽ cõuerſatio,inqt,in cœlis eſt: vnde & dñm expectamus Ieſuꝫ Chriſtũ:q trãſformabit corpus humilitatis nrę cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ. Tales nos futuros,& Chriſtus dñs pollicetur: qñ, vt cũ illo in æternis ſedib⁹ viuamus, atq; in regnis cœleſtib⁹ gaudeamus, Patrẽ pcaẗ pro nobis. Pater,quos mihi dediſti: volo vt vbi ego ſuero, & ipſi ſint mecũ: & videãt claritatẽ,quã mihi dediſti priuſq̃ mũdus fieret. Vetuſtus ad Chriſti ſedẽ, ad regnorũ cœleſtiũ claritatem, lugere nõ debet, nec plãgere: ſed potius ſecũdum pollicitationẽ dñi, ſecũdũ fidẽ veritatis,in profectione ſua,& tranſlatione gaudere. Sic deniq; inuenimus & Enoch trãſlatũ eſſe,qui Deo placuit: ſicut in Geneſi teſtaẗ & loquiẗ ſcriptura Diuina. Et placuit Enoch, Deo: & non eſt inuentus poſtmodũ:qa Deus illũ trãſtulit. Hoc fuit, placuiſſe in conſpectu Dei: de hac cõtagione ſeculi meruiſſe trãſferri. Sed & p Salomonẽ docet Spũs ſanctus: q Deo placeãt,maturius hinc eximi,& citius liberari: ne,cũ in iſto mũdo diutius imoranẗ: mũdi cõtactibus polluantur.

Raptus eſt,inqt: ne malitia mutaret intellectũ

eius. placita enim erat Deo aia eius. pp hoc ꝓperauit educere eum de media iniqtate. Sic & i psalmis ad dñꝫ ꝓperat spiritali fide, Deo suo aia deuota: sicut scriptũ est. Quã dilectissimæ habitationes tuæ, Deus virtutũ: desiderat & ꝓperat aia mea ad atria dei.

Eius est: in mũdo diu velle manere: quẽ mundus oblectat: quẽ sc̃lm blãdiẽs, atqꝫ decipiẽs illecebris terrenę volupta tis inuitat. Porrò, cũ mũdus oderit Christianũ: qd amas eũ, q te odit: & nõ magis sequeris Christũ, q te redemit, & diligit? Ioannes in Ep̃la sua clamat: & loquit̃, & ne carnalia desideria sectãtes, mũdum diligamus, hortat̃. Nolite, inq̃t, diligere mundũ, neqꝫ ea, q̃ in mũdo sunt. Siqs dilexerit mũdũ: nõ est charitas p̃ris in illo: qa oẽ qđ in mũdo est, cõcupiscẽtia carnis est, & cõcupiscẽtia oculorũ, & ambitio mundi: quę nõ est a Pr̃e: sed ex cõcupiscẽtia mũdi: & mũdus trãsibit, & cõcupiscẽtia ei⁹. qui aũt fecerit volũtatẽ Dei: manet in æternũ.

℟. Percute manũ: & allide pedẽ tuũ: Quia gladio, fame, & peste, ruituri sunt. ℣ Qui lõge est: peste moriet̃: q aũt prope: gladio corruet: Quia gladio.

Lectio. viii.

Porrò, frẽs dilectissimi, mẽte integra, fide firma, virtute robusta parati ad oẽm volũtatẽ Dei simus: pauore mortis excluso, imortalitatẽ, quã sequimur, cogitemus: hoc nos oñdamus esse, qđ credimus: vt ne charorũ lugeam⁹ excessum: & cũ accersionis ꝓpriæ dies venerit: incũctãter & libẽter ad dñm, ipso vocãte, venia

mus. Quod cũ semp fue
rit faciẽdum Dei seruis:
nunc fieri multo magis
debet, corruẽte iã mun
do, & malorũ infestãtiũ
turbinibus obsesso: vt q
cernimus cepisse iã gra-
uia: lucrũ maximũ cõ-
putemus: si isthinc velo
cius recedamus. Si ĩ ha-
bitaculo tuo parietes ve
tustate nutarẽt: tecta de-
sup tremerẽt: domus iã
fatigata, iã lassa, ędificiis
senectute labẽtib⁹, ruinã
pximã minaret: non ne
oĩ celeritate migrares?
Si te nauigãte, turbida,
& pcellosa tẽpestas flu-
ctib⁹ vi vẽti violẽtis ex-
citatis, pnũciaret futura
naufragia: nonne portũ
velociter peteres? Mun-
dus ecce nutat: & labit:
& ruinã sui, nõ iã sene-
ctute rerũ, sed fine testa-
tur: & tu non Deo grãs
agis? nõ tibi gratularis,
q exitu maturiore sub-
tractus ruinis & naufra-
giis & plagis imminẽ-
tibus exuaris? Confide-
rãdum est, fratres dile-
ctissimi, & identidẽ co-
gitandũ: renũciasse nos
mũdo: & tãq̃ hospites,
& peregrinos hic inte-
rim degere. Amplecta-
mur diẽ: q assignat sin-
gulos domicilio suo: q
nos isthinc ereptos, &
laqueis secularibus exu
tos, paradiso restituit, &
regno cœlesti. Quis nõ
peregre cõstitutus pro-
peret in patriã regredi?
Quis non ad suos naui-
gare festinans, ventum
prosperũ, cupidius opta
ret, vt velociter charos
liceret amplecti? Patriã
nostrã paradisum cõpu
tamus: Parẽtes nostros
patriarchas habere iam
cœpimus. Quid nõ pro
peramus, & currimus: vt
patriã nostrã videre, vt
parentes salutare possi-
mus? Magnus illic nos
charorũ numerus expe-

ctat: parẽtum, fratrũ, filiorum frequẽs nos, & copiosa turba, deside- rat, iá de sua incolumita te secura, adhuc de nřa incolumitate solicita. Ad horũ cõspectũ & cõ plexũ venire, q̃ta & illis & nobis i cõe lætitia ẽẽ Qualis illic cœlestium regnorũ voluptas, sine timore moriẽdi, & cum ęternitate viuendi. Quã summa, & ppetua, felici tas? Illic apl̃orũ gl̃iosus chorus: Illic pphetarũ exultãtiũ numerus: illic martyrũ innumerabilis pp̃lus, ob certaminis & passionis victoriã, coro natus: Triũphãtes virgi nes, quæ concupiscẽtiã carnis & corporis cõti- nentiæ robore subege- rũt: remunerati miseri- cordes, q alimẽtis & lar gitionib⁹ pauperũ, iusti tiæ opa fecerũt: q dñica p̃cepta seruãtes ad cœ- lestes thesauros terrena patrimonia trãstulerũt. Ad hos, fratres dilectissi mi, auida cupiditate p- peremus: & vt cum his cito esse possimus, vt ci- to ad Christum venire contingat, optemus. Hanc cogitationem no stram Deus videat: hoc propositum mentis, & fidei dominus Christus aspiciat, daturus eis glo riæ suæ ampliora præ- mia, quorũ circa se fue- rint desideria maiora.

℟. Canite tuba: & præ- parentur oẽs. ira enim magna sup vniuersum populũ. Gladius foris: pestis, & fames, intrin- secus. ℣. Qui in agro est: gladio morietur: & q in ciuitate: pestilentia. Gladius. Gloria patri. Gladius. Te Deum lau damus. nõ dicitur. Ad laudes & per horas añ. Immisit dominus pesti lentiã in Israel, a mane vsq ad cõstitutũ tẽpus.

Ps. Miserere mei Deus. Aña. Et mortui sunt ẽ ppl'o a' Dan vsq; Bersabee septuaginta millia virorũ. Ps. Voce mea, ad dñm clamaui. Aña. Cũq; extendisset manũ suã angelus dñi sup Hierusalẽ, vt dispderet eã: misertus est dñs sup afflictionẽ. Ps. Deus deus meus. Añ. Et ait angelo pcutienti ppl'm dñs. sufficit nũc: cõtine manũ tuã. Cãticũ. Ego dixi ĩ dimidio dierũ meorũ. Añ. Eleuãs'q; Dauid oculos suos, vidit angelũ stãtem inter cœlũ, & terrã. Ps. Laudate dñm de cœlis. Capl'm. Immisit dñs pestilentiam in Israel. Hymnus.

Punire fontes pl'ib⁹
Modis de⁹ nr̃ solet:
S; peste, bello, vel fame
Frequẽtius nos atterit.
Bellũ famẽ secũ trahit:
Fames'q; pestilentiam:
Iungunt aũt vno simul,
Tria ista sæpe tempore.
Vnius ex his ac tribus,
Si forte detur optio:
Optanda pestilentia,
Ab oibus, semper foret.
Nã cæteris cõmunior,
Est: atq; differentiam
Ditis negat, vel paupis,
Se ,prsus vllã noscere.
Agamus ergo gratias
Deo piis clamoribus:
Qui nostra punit tã leui
Pœna benign⁹ crimina.
Vel si ,pbat nos forsitã:
Vultu feram⁹ hęc bono:
Se nanq; diligentibus,
Vitæ coronã præparat.
R. Amẽ. Et cãtaẽ in tono hymni. Cõditor alme siderũ. V. Nõ repellet dñs plebẽ suã. R. Et hæreditatẽ suã nõ derelinquet. Ad bñs añ. Dixit Dauid ad dñm, cum vidisset angelũ cædẽtẽ ppl'm: ego sum, q pecca ui: & ego, q inique egi: isti, q oues sunt, qd fecerunt? vertatur obsecro, manus tua cõtra me, &

contra domũ pr̃is mei. Oro. De⁹, q nõ mortẽ. vt supra. Ad tertiã. Cap. Immisit. ℟. Cũ occideret eos: quęrebãt eũ. ℣. Et reuertebãtur: & diluculo veniebãt ad eum. Gloria pr̃i. ℣. Viam fecit semitę iræ suę. ℟. Et nõ pepercit a morte aĩa rũ eorũ. Ad sextã cap.

CVm'q extẽdisset manum suã angelus dñi super Hierusalẽ, vt disperderet eã: misertus est dñs sup afflictionẽ: & ait angelo percutiẽti ppl̃m: sufficit nũc: cõtine manum tuã. ℟. Viã fecit semitę irę suę. ℣. Et nõ pepcit, a mortre animarũ eorũ. Gloria pr̃i. ℣. Misit in eos irã indignationis suæ. ℟. Indignationẽ, & irã, & tribulationẽ, immissiones per angelos malos. Ad nonam cap̃m.

EMit ergo Dauid areã, & boues, argẽti siclis, qnquaginta: & ædificauit ibi altare domino: & obtulit holocausta, & pacifica: & cohibita est plaga, ab Israel. ℟. Misit in eos irã indignationis suæ. ℣. Indignationẽ, & irã, & tribulationẽ, immissiones per angelos malos. Gloria pr̃i. ℣. Non repellet dñs plebẽ suã. ℟. Et hęreditatẽ suã nõ derelinquet. Ad vesperas. Aña. Immisit. ps. Ad dñm cũ tribularer. cum reliquis antiphonis: & psalmis, sicut in primis vesperis. Cap. Immisit. Hymnus. Tu tuorum sæpe cædi. ℣ Non repellet dñs plebẽ suam. ℟. Et hęreditatẽ suã nõ derelinquet. Ad magnificat. Añ. Coarctor nimis: sed melius est, vt incidam, in manus domini (multæ enim misericordiæ eius) q̃ in manus hominum.

Ad Missam. Introitus.

M Vltiplicatę sunt infirmitates eorũ: postea acceleraverunt. ps Conserua me domine: quoniã speraui in te: dixi domino: Deus meus es tu: quoniam bonorũ meorum non eges. ℣. Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio &c. Oratio.

DEus, qui nõ mortem, sed pœnitentiam, desideras peccatorum: populum tuum quæsumus ad te conuerte propitius: vt, dum tibi deuotus existit: iracundiæ tuæ, ab eo, flagella amoueas: Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate &c.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis: Immisit dominus pestilentiam in Israel, de mane vsq; ad tempus constitutum: & mortui sunt e populo a Dan vsq; Bersabee, septuaginta millia virorum. cum'q; extendisset manũ suam angelus dñi super Hierusalem, vt disperderet eam: misertus est dominus super afflictionem: & ait angelo percutienti populũ. sufficit nunc: contine manum tuam. Erat autem angelus dñi iuxta aream Areuna Iebusæi. Dixit'q; Dauid ad dñm, cum vidisset angelum cedenté populũ. Ego sum qui peccaui: & ego qui inique egi. isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domũ patris mei. Venit aũt Gad Propheta ad Dauid in die illa: & dixit ei. Ascẽde, & cõstituę altare do

mino in area Areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonẽ Gad, quem præceperat ei dominus. Conspiciens'q; Areuna, animaduertit, regẽ & seruos eius trãsire ad se: & egressus, adorauit regem prono vultu in terrã: & ait. Quid causæ est, vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait. Vt emam à te areã: & ædificem altare domino: & cesset interfectio, quę grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid. Accipiat, & offerat dominus meus rex, sicut placet ei. Habes boues in holocaustum, & plaustrum, & iuga boum in vsum lignorũ. Omnia dedit Areuna regi. Dixit'q; Areuna ad regem. Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum. cui respondens rex ait. Nequaq̃, vt vis: sed emam pretio à te: & non offeram domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream, & boues, argenti siclis quinquaginta: & ædificauit ibi Dauid altare domino: & obtulit holocausta, & pacifica: & propitiatus est dominus terræ: & cohibita est plaga ab Israel. Graduale.

Cum occideret eos: quærebant eum: & reuertebantur: & diluculo veniebant ad eum. ℣. Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redẽptor eorum est. Alleluia. ℣. Misit verbum suum: & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Secundum Lucam.

In illo tempore, Surgens Iesus de sinagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem

Simo'nis tenebatur ma gnis febribus: & roga- uerunt illum pro ea: & stans super illam, im- perauit febri: & dimisit illā: & cōtinuo surgens, ministrabat illis. Cū sol autē occidisset: oēs, qui habebāt infirmos variis lāguoribus: ducebāt il- los ad Iesum. At ille, sin gulis manus imponēs, curabat eos. exibāt autē dæmonia a' multis cla- mantia, & dicētia: qa tu es filius Dei: & increpās nō sinebat ea loqui: qa sciebāt, ipsum esse Chri stū. Facta autē die, egres sus, ibat in desertū locū: & turbæ reqrebāt eū: & venerūt, vsq; ad ipsum: & detinebāt illū, ne di- scederet ab eis. Quibus ille ait: qa, & aliis ciuita tibus oportet me euāge lizare regnū Dei: qa ad hoc, missus sum. & erat prædicans, in sinagogis Galilææ. Offer. Omnē escā abominata est aīa eorū: & appropinquaue rūt, vsq; ad portas mor- tis: & clamauerūt ad do minū, cū tribularentur: & de necessitatib⁹ eorū liberauit eos. Secreta.

Subueniat nobis & pp̄ito tuo quęsumus dn̄e, sacrificii pn̄tis ope ratio: quæ nos, & ipsum & ab erroribus vniuer- sis potēter absoluat: & a' totius eripiat pditionis icursu: Per dn̄m. Cōio.

Cū sol aūt occidisset: oēs, qui habebāt infir- mos variis lāguoribus: ducebāt illos ad Iesum. at ille, singulis manus imponens, curabat eos.

Post cōmūnio.

Ve're populū tuū: & nos quæsumus dn̄e tua sancta sumentes, & ab omni propitius ini- quitate defende: Per do minum nostrum.

FINIS.

EIVSDEM PETRI Barrocii Epi Patauini. Officiũ ad Pluuiã petẽdam. In primis quidem dicitur Missa. Introitus.

PRAECInite dño ĩ confessione: psallite Deo nostro in cithara: qui operit cœlũ nubibus: & parat terrę pluuiã. Ps. Laudate dñm: qm̃ bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda, decoraq; laudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, in quo viuimus, mouemur, & sumus: pluuiã nobis tribue cõgruentẽ: vt pñtibus subsidiis sufficiẽter adiuti, sempiterna fiducialius expectemus: Per dñm. ℟. Amen. Lectio Hieremie pphetę: xiiii.

IN diebus illis, Factũ est verbũ dñi, ad Hieremiam de sermonibus siccitatis, luxit Iudæa: & portæ eius corruerũt: & obscuratæ sunt in terra: & clamor Hierl̃m ascẽdit: Maiores miserũt minores suos ad aquã. Venerũt ad hauriẽdũ: non inuenerũt aquã: reportauerũt vasa sua vacua. Confusi sunt, & afflicti: & operuerũt capita sua, ppter vastitatẽ terræ: qa nõ venit pluuia in terrã: cõfusi sunt agricolę: operuerunt capita sua. Nam & ceruа in agro peperit: & reliquit: quia non erat herba. Et onagri steterũt in rupibus: traxerũt ventum, quasi dracones. Defecerũt oculi eorũ: quia non erat herba. Si iniqtates nostræ respõderint nobis: dñe fac propter nomen tuũ: quoniã multæ sunt auersiones nostræ: Tibi peccauimus, expectatio Israel, Saluator noster in tẽpore tribulationis.

Quare, quasi colonus futurus es in terra: & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, & fortis: qui non potest saluare? Tu autẽ in nobis es domine: & nomen tuum inuocatũ est super nos: ne derelinquas nos. Graduale. Omnia, quæcunq; voluit dominus, fecit: in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. ℣ Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiã fecit. Allelnia. ℣ Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est: tu vero perfecisti eam. Secundum Mathæum. vii.

IN illo tẽpore, dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorum. Omnis, qui audit verba mea hæc: & facit ea: assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domũ suam supra petram: Et descendit pluuia: & venerunt flumina: & flauerunt venti: & irruerunt in domum illam: & non cecidit. Fundata enim erat super petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea: similis erit viro stulto, qui ędificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia: & venerunt flumina: & flauerunt venti: & irruerunt in domum illam: & cecidit: & fuit ruina eius magna. Offertorium. Ego prohibui a' vobis imbrem, dicit dominus: Cum adhuc tres menses, superessent vsq; ad messem: Et plui, super vnam ciuitatem: & super alterã ciuitatem nõ plui. Pars vna cõpluta est: & pars, super quam non plui, aruit. Secreta.

Oblatis quæsumus dñe placare muneribus: & opportunũ nobis tribue pluuiæ sufficiẽtis auxiliũ. Per do. Cõmunio. Terra sæpe venientem super se bibens imbrem & germinans herbam opportunam illis a' quibus colitur, accipit bñdictionẽ.

Post communio. Da nobis quæsumus domine pluuiã salutarem: & aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde: Per dominum. Ista Missa dici potest & ante processionem, & post, s'm locorum consuetudinem. Potest etiã dici missa diei: cum cõmemoratione istius: & sicut seruat Romana curia. Potest etiã dici missa Beatæ Virginis, vel Sancti, sub cuius patrocinio est Ciuitas, vel Ecclesia, cum cõmemoratione istius. Ea igitur finita, & ordinata Processione, vt commune votum communis prosequatur oratio, vel (si s'm consuetudinem loci, dici debeat, post processionem) omissa. Duo sacerdotes, quibus istud iniunctum fuerit flexis ante altare, vbi missa cantata fuit, aut cantanda erit, genibus, incipiunt. Aña. Exaudi, exaudi, exaudi domine preces nostras: Sancta Maria, ora pro nobis. Respondet Chorus. Aufer a' nobis domine iniquitates nostras: vt mereamur puris mentibus introire, ad Sancta sanctorum. Miserere, miserere, miserere populo tuo, quẽ redemisti Christe, sanguine tuo: ne in æternũ irascaris nobis. Rursus duo presbyteri illi dicũt Exaudi. vt sup. Sãcta dei genitrix, ora pro nobis.

Et chorus rñdet. Aufer. vtſupra. Et cum duo illi pſbyteri dixerint tertio. Exaudi, ſubdẽtes Sancta virgo virginum ora pro nobis. Chorus rñdens, vtſupra, ſurgit: & pcedere incipit ſub vexillo, pp̃ſo proſequẽte: Cantãdo vtſupra. Verſus vnã eccleſiarũ ciuitatis alternatim cãtãtibus illis duobus pſbyteris, ordine ſuo lętaniam, & choro rñdente vtſupra: nominãdo in ea, plures, aut pauciores ſanctos: ſm eccleſiæ illius diſtãtiam: ita vt hymnus ſequens, ſtatim poſt apoſtolos, anteq̃ eccleſiã illam ingrediãtur: cãtari poſſit: & in eccleſia illa, finiri. Quidã tñ, non dicunt Aña, Exaudi. ſed ſolũ nominant ſanctos, quorum patrociniũ imploratur: & Chorus loco rñdens. Aufer. dicit. Kirie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kirie eleiſon. Et ſic ſemper rñdet. ſed autẽ: ſiue illo mõ cãtẽt: cũ finierint partẽ lętaniæ ſupraſcriptã: & dixerint. Omnes ſancti diſcipuli dñi, orate pro nobis. Et chorus rñderit, vtſupra: anteq̃ dictã eccleſiã ingrediantur: illi duo pſbyteri incipiũt, choro proſequente, hymnũ: & ſic ingrediuntur eccleſiam. Hymnus.

SI Deũ nõ eſſe nobis
Crederem⁹ ob mala
Magna, per quæ ipſum
frequenter
Læſimus contrarium:
Longa nos valeret oẽs
Hoc docere ſiccitas.
Nãq; Achab regnãte, p
tres Iſtud ãnos ĩtegros,
Sex'q; mẽſes añ ſcimus
Accidiſſe, ſicuti
Elias propheta magnus
Mox futurum dixerat.
Huius aũt forte cauſam
Si rei requirimus.
Inuenimus eſſe grande

Crimen

Crimen idolatriæ:
Q đ malis Deo relicto
Iunxit amens cæteris.
V nde si rigare nubes
Imbre terram fertili
Quærimus: pcā oportet,
Deseramus omnia:
Maxime vero nefandę
Crimen idolatriæ.
A tq; sicut ille Baal
Tunc pphetas pessimos
Fecit in torrente Cyson
Interire: crimina
Sic & in nobismetipsis
Enecemus omnia.
H oc eni; pacto seqtur:
Nos vt imber maximus
Occupet: suūq; sumpto
Terra fructum semine
Cētuplum Deo volēte
Non rogata proferat.
℟. Amen. Et dicitur in tono hymni Pange lingua gloriosi. Et ita ingrediētes ecclesiā illam procedunt versus altare maius: quod debet esse instructum: diuidētes se in duos choros: & tunc vnus subdiaconus procedens in mediū ad gradus altaris, cantat lectionem. Lectio libri Deuteronomii. xi.

I N diebus illis, Dixit Moses, ad filios Israel. Terra, ad quā ingrederis possidendā: non est sicut terra Aegypti, de qua existi: vbi iacto semine in hortorū morē, aquæ ducuntur irriguæ: sed montosa est, & cāpestris, de cœlo expectās pluuias, quam dñs Deus tuus semp inuisit: & oculi illius in ea sunt a principio anni vsq; ad finem eius. Si ergo obedieritis mandatis meis, quę ego hodie pręcipio vobis: vt diligatis dñm Deum vestrū, & seruiatis ei, in toto corde vestro, & in tota aia vestra: dabit pluuiam terræ vestræ tēporaneā, & serotinā: vt colligatis frumentum, & vinū, & oleum, fœnumq; ex agris, ad

pascenda iumenta: & vt ipsi comedatis, ac saturemini. Cauete: ne forte decipiatur cor vestrum: & recedatis a' dño: seruiatis'q; diis alienis: & adoretis eos: iratus'q; dñs, claudat cœlum: & pluuię nõ descẽdãt: nec terra det germẽ suum: pereatis'q; velociter de terra optima, quã dominus daturus est vobis. Et tunc chorus cãtat cõmuniter. ℞. Si obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis: vt diligatis dominũ Deum vestrũ, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra: dabo pluuiam terræ vestræ temporaneã, & serotinam: vt colligatis frumentum, vinum, & oleum, fœnum'q; ex agris, ad pascenda iumẽta: vt & ipsi comedatis, ac saturemini. ℣. Cauete: ne forte decipiatur cor vestrum: & recedatis a' dño: seruiatis'q; diis alienis, & adoretis eos: iratus'q; dominus, claudat cœlum: & pluuiæ non descendãt: neç terra det germen suum. Vt colligatis. Tunc ille, qui cantauit, vel cantare debet missas, dicit. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vt semper ad te forent oculi nostri: pluuiam de cœlo, sperare nos voluisti: da famulis tuis, qđ precamur, qđ cupimus, quod optamũs: ne terrę frugibus, q̃s germinare, ac crescere vsq; ad pñs fecisti: siccitas continua noceat: & ora te laudantium fames, ieiunia concludat: Per dominũ. ℟. Amen. Tunc illi duo presbyteri lætaniam reassumẽtes flexis ante altare genibus, inuocant Sanctum illum, sub cu-

ius vocabulo est eccle-
sia illa: & postea surgen-
tes cantant. Omnes san
cti innocētes orate pro
nobis. Modo quo su-
pra: Choro similiter re-
spondente: & ita proce-
dunt ad aliā proximio-
rem ecclesiam: quousq;
finita fuerit inuocatio
martyrum: & ingrediē-
tes eam, diuidunt se in
duos choros, vt prius:
& ille, vel alius subdia-
conus: procedens in me-
dium ad gradus alta-
ris cantat lectionem. Le-
ctio libri iii. Regū. xvi.

IN diebus illis: Fecit
Achab filius Amri
malum in cōspectu do-
mini super omnes, qui
fuerunt ante eum: nec
suffecit ei, vt ambularet
in peccatis Hieroboam,
filii Nabath: insuper du
xit vxorem Iezabel filiā
Methaal regis Sidonio
rum: & abiit: & seruiuit
Baal: & adorauit eum:
& posuit aram Baal in
tēplo Baal: quod ædifi-
cauerat in Samaria: &
plantauit lucum: & ad-
didit Achab in ope suo
irritans dn̄m Deū Israel
sup omnes reges Israel,
qui fuerūt ante eum: Et
dixit Elias Thesbites, de
habitatoribus Galaad,
ad Achab. Viuit domi-
nus Deus, in cuius con-
spectu sto: si erit annis
his ros & pluuia, nisi iu
xta oris mei verba. Et
tūc chorus cātat cōiter.
℟. Dixit Elias Thesbites
de habitatorib⁹ Galaad,
ad Achab: Viuit dn̄s de⁹
Israel, in cuius cōspectu
sto: Si erit annis his ros,
& pluuia, nisi iuxta oris
mei verba. ℣. Elias, hō
erat, similis nobis, passi-
bilis: & orōne orauit, vt
nō plueret sup terrā: &
non pluit annos tres &
mēses sex. Si. Tūc ille, q
cātauit, vł cātare Dз mis
sā; dicit. Orem⁹. Ozoi

Respice oĩpotens Deus humilitatem nostrã: & desideria seruorum tuorum benignus exaudi: vt qui peccatis offensum nubibus vti ne pluerent sup terrã imbrem mãdasse te sentimus: pœnitẽtia populi tui placatum, qualẽ & quãtum esse necessariũ nosti, dedisse te, sentiamus: Per do. ℟. Amen.

Tunc illi duo presbyteri lætanias reassumẽtes, flexis ante altare genibus, inuocãt Sanctũ, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: & postea surgentes cantãt. Sancte Siluester, ora pro nobis. Modo quo supra: Choro similiter rñdente: Et ita procedũt ad aliã proximiorẽ ecclesiã, quousq; finita fuerit inuocatio cõfessorũ, Põtificũ: & ante q̃ dictã ecclesiã igrediã tur: illi duo presbyteri, icipiũt, choro ꝓsequẽte, hymnũ: & sic ingrediũ tur ecclesiam. Hymnus.

Christe, quem factis nimis impudenter
Pessimis omni prope prouocamus
Iam die: cum sis patiẽs, benignus,
Longanimis'q;.

Flectere: & sacras precibus gementum
Nũc piis aures adhibe: licet nil
Tale nos, qui sic fuimus rebelles,
Iam mereamur.

Fac vt arentem pluuiæ salubres
Irrigent terræ faciem: nec vltra
Arbores, fruges, sata, siccitate
Interimantur.

Dissilit, rimas & vbiq; grandes
Terra se scindẽs aperit: putri'q;
Per vias implent oculos euntum
Puluere venti.

Stagna, torrẽtes, putei, paludes,
Flumina, & fontes, mare deniq; ipsum,
Sese aquis tristi solitis carere
Voce queruntur.
Credimus: cũ nil odias eorum,
Quę bonus valde bona condidisti:
Omnia hæc nostras ob iniquitates
Facta fuisse.
Corde'q; ex toto veniã precantes,
A tuis illas, procul effugari
Poscimus seruis, & humum benigno
Imbre rigari.
Vt prius, quos te, quia iustus esse
Cerneris, pœna hæc docuit timere:
Nunc pium, cum te videant, amare
Gratia cogat. ℞. Amẽ.
Et dicit in tono hymni Iste confessor. Et ita ingrediẽtes ecclesiã, procedũt versus altare maius, diuidẽtes se i duos choros, vt supra: & ille, vel alius subdiaconus, procedens in medium, ante gradus altaris cantat lectionem. Lectio libri. iii. Regum. xviii.

IN diebus illis: Factum est verbũ dñi ad Eliam in anno tertio, dicens. Vade, & ostẽde te Achab: vt dem pluuiam sup faciẽ terrę. Iuit ergo Elias, vt ostenderet se Achab: Erat autẽ fames vehemens in Samaria: Vocauit'q; Achab Abdiã, dispẽsatorẽ domus suæ. Abdias autẽ timebat dñm Deum valde. Nam cũ interficeret Iezabel ꝓphetas dñi: tulit ille centum ꝓphetas: & abscondit eos, quinquagenos, & qnquagenos in spelũcis: & pauit eos pane & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam.

Vade in terram ad vniuersos fontes aquarũ, & in cunctas valles, si forte possimus inuenire herbam & saluare equos, & mulos: & nõ penitus iumenta intereant. Diuiseruntq́ꝫ sibi regiones: vt circuirent eas. Achab ibat per viam vnam: & Abdias per viam alterã seorsum. Cũq́ꝫ esset Abdias in via: Elias occurrit ei. Qui, cum cognouisset eum: cecidit super faciẽ suam: & ait. Num tu es domine mi Elias? Cui ille respondit. Ego. & dixit. Vade, & dic domino tuo. Adest Elias. Et ille, quid peccaui, inquit: quoniam trades me seruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? Viuit dominus Deus tuus: quia non est gens, aut regnũ, in quo non miserit dñs meus, te requirens. & respondẽtibus cunctis, non est hic: adiurauit regna singula, & gentes, eo ꝙ minime reperireris. Et nũc dicis mihi. Vade, & dic domino tuo. Adest Elias. Cumq́ꝫ recessero a te: spiritus dñi asportabit te in locum, quem ego ignoro: & ingressus nunciabo Achab: & non inueniens te, interficiet me. Seruus autem tuus, timet dominũ ab infantia sua. Nunquid nõ iudicatũ est tibi dño meo: quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas dñi: ꝙ abscondérim de ꝓphetis dñi centum viros, quinquagenos, & quinquagenos, in speluncis: & pauerim eos pane, & aqua? Et nunc tu dicis: vade: & dic domino tuo: Adest Elias: vt interficiat me. Et dixit Elias. Viuit dominus exercituum ante cuius vultum sto: quia hodie apparebo ei. Et

tūc chorus, cātat cōiter. ℟. Si in præceptis meis ambulaueritis: & mandata mea custodieritis: & feceritis ea: dabo vobis pluuias temporibus suis: & terra gignet germen suum: Et pomis arbores replebuntur. ℣. Apprehendet messium tritura vindemiam: & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate: Et pomis. Tunc ille, qui cantauit missam, vel cantare debet, dicit. Oremus. Oratio.

DEus, in quo viuimus, mouemur, & sumus: pluuiā nobis tribue congruentem: vt p̄ntibus subsidiis sufficienter adiuuemur: sempiterna fiducialius expetemus: Per dn̄m. ℟. Amē. Tunc illi duo presbyteri lętaniā reassumētes, flexis ante altare genibus, inuocant sanctū sub cuius vocabulo est eccl'ia illa: & postea surgētes cantāt. Sancte Benedicte, ora pro nobis. Choro similiter respondente: & ita procedunt ad aliam ecclesiã proximiorem: quousq; finita fuerit inuocatio confessorum simplicium: & ingrediētes eam, procedūt versus altare maius, diuidētes se ibi, in duos choros, sicut de aliis dictū fuit: Et ille, vel alius subdiaconus, procedēs in medium, ante gradus altaris: cantat lectionem. Lectio libri. iii. Regum. xviii.

IN diebus illis. Abiit Abdias in occursum Achab: & indicauit ei: venit'q; Achab in occursum Eliæ: & cum vidisset eum: ait. Tu'ne es ille, qui conturbas Israel? Et ille ait. Non ego, turbaui Israel: sed tu, & domus p̄ris tui: q dereliq-

ftis mādata dñi: & fecu
ti eftis Baali. Verūtamē
nunc mitte, & cōgrega
ad me vniuerfum Ifrael
in mōte Carmeli:& pro
phetas Baal, quadringē
tos qnquaginta, ꝓphe-
tas'q lucorū quadringē
tos: q comedūt de mē-
fa Iezabel. Mifit Achab
ad oēs filios Ifrael:& cō
gregauit prophetas in
monte Carmeli. Acce-
dēs autē Elias ad omnē
populū Ifrael, ait. Vfque
quo claudicatis in duas
partes? Si dñs eft Deus:
fequimini eum: fi autē
Baal: fequimini illū. Et
non refpondit ei popu-
lus verbū. Et ait rurfus
Elias ad populum. Ego
remāfi propheta domi-
ni folus: prophetæ au-
tem Baal quadringenti
& quinquaginta, pro-
phetę'q lucorū q̄driu-
genti viri funt. Dentur
nobis duo boues:& illi
eligāt fibi bouē vnum:
& in frufta cedentes, po
nant fuper ligna. Ignē
autem non fupponant:
& ego faciam bouē al-
terum: & imponā fuper
ligna: ignem autem nō
fupponā. Inuocate noīa
deorū veftrorū: & ego
inuocabo nomen Dei
mei:& Deus, q exaudie
rit p ignē: ipfe fit Deus.
Rñdēs omnis ppl̄s, ait.
Optima ꝓpofitio, quā
locutus eft Elias. Dixit
ergo Elias ꝓphetis Ba-
al. Eligite vobis bouem
vnū: & facite primi: qa
vos plures eftis: & inuo
cate noīa deorū veftro-
rū: ignē'q fupponatis.
Qui cū tuliffent bouē,
quē dederat eis: fecerūt:
& iuocabāt nomē Baal
de mane vfq ad meri-
diē, dicētes Baal exaudi
nos. Et nō erat vox, neq
q rñderet: trāfiliebāt'q
altare, qđ fecerant. Cūq
effet iā meridies: illude-
bat illis Elias, dicēs. Cla

mate voce maiore. Deus enim est: & forsitã loquitur: aut i diuersorio est: aut in itinere, aut certe dormit, vt excitet. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritũ suũ cultris, & lãceolis, donec perfunderétur sanguine. Et tunc Chorus cãtat cõiter. ℟. Si audieris vocẽ domini Dei tui: Vt facias, atq; custodias, oĩa mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie. ℣. Aperiet dñs thesaurũ suũ optimũ, cœlũ, vt tribuat pluuiã terrę tuæ in tpe suo: benedicet'q; cũctis operibus manuũ tuarũ: Vt facias. Et ille, q cantauit vel cãtare debet missã, Dicit. Oremus. Orõ.

ORationibus ppli tui q̃s dñe placare susceptis: & opportunũ nobis tribue pluuiæ sufficiẽtis auxilium. Per dominum. ℟. Amen.

Tunc illi duo presbyteri lętaniã reassumentes, flexis ante altare genibus, inuocãt sanctũ, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: & postea surgentes cãtãt. Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis. Choro illi rñdẽte: & ita ꝓcedũt ad aliã ecclesiã proximiorẽ, quousq; finita fuerit inuocatio oĩum scõꝝ: hoc est. Omnes sancti & sanctę Dei intercedite pro nobis. Et anteq̃ dicta ecclesia ingrediãtur: illi duo presbyteri incipiũt, choro prosequẽte, hymnũ: & sic ingrediuntur ecclesiam. Hymnus.

OPtatus alme quęsumus
Saluator imber defluat:
Et siccitatem squallidæ
Telluris istam tẽperet.
Nã, q tuis neglеximus
Parere iussis hactenus:
Iam diligentes effici
Toto studemus pectore

Si forte quos iniquitas
Ad ima fecit vergere:
Eos abundans gratia
Ad alta rursum ꝓuehat.
Fac siccitatem cum sua
Serenitate destrui:
Fac larga nubes hũidas
Aquæ cluēta effundere.
Et q sacra baptismatis
Aqua salutem mētium
Dedisti: aquas ꝑ imbriũ
Præbe salutē corporuꝫ.
Vt terra fructuꝫ ꝓferat:
Fructus ciboruꝫ copiā:
Cibi, ꝓbos, & īprobos,
Ad te colēdũ ꝓuocent.
℟. Amen. Et dicitur in tono hymni. Vexilla regis ꝓdeunt. Et ita ingredientes ecclesiā, ꝓcedũt versus altare maius, diuidētes se in duos choros vt supra: Et ille, vel alius subdiaconus, ꝓcedēs in mediũ, ante gradus altaris, cantat lcōnē. Lectio libri. iii. Regum. xviii.

IN diebus illis. Postq̄ trāsiit meridies: & illis ꝓphetātibus venerat tēpus, quo sacrificiũ offerri solet: nec audiebať vox: neqꝫ aliqs rñdebat: nec attēdebat orantes: dixit Elias oī pplo. Venite ad me. Et accedēte ad se pplo, curauit altare dñi, quod destructũ fuerat: & tulit duodecim lapides iuxta numerũ tribuũ filiorũ Iacob: ad quem factus est sermo dñi, dicens: Israel erit nomē tuũ: & ædificauit de lapidibus altare in noie domini. Fecitqꝫ aquęductũ quasi ꝑ duas aratiunculas in circuitu altaris: & composuit ligna: diuisitqꝫ ꝑ mēbra bouē: & posuit super ligna: & ait. implete quatuor hydrias aq̄: & fundite sup holocaustũ, & super ligna. Rursumqꝫ dixit etiā secũdo, hoc facite. Qui cũ fecissent secundo: ait. Etiam tertio idipsuꝫ facite. Fecerũtqꝫ tertio: & currebāt aquæ

circũ altare: & fossa aq-
ductus repleta est. Cũq;
iã tẽpus esset, vt offerret
holocaustum: accedens
Elias Propheta ait. Dñe
Deus Habraã, & Isaac, &
Israel ostẽde hodie: qa
tu es Deus Israel: & ego
seruus tuus: & iuxta prę
ceptũ tuũ feci oĩa verba
hæc. Exaudi me domi-
ne: exaudi me; vt discat
ppl's iste: quia tu es dñs
Deus: & tu conuertisti
cor eorũ, iterũ. Cecidit
autẽ ignis dñi: & vora-
uit holocaustum, & li-
gna, & lapides, puluerẽ
quoq;, & aquã, quæ erat
in aquęductu, lambens.
Quod cum vidisset oĩs
ppl's: cecidit ĩ faciẽ suã:
& ait. Dñs ipse est Deus:
Dñs ipse est Deus. Di-
xitq; Elias ad eos: Ap-
prehendite ꝓphetas Ba-
al: & ne vnus qdẽ effu-
giat ex eis. quos cum ap
prehẽdissent: duxit eos
Elias ad torrẽtem Cy-
son: & interfecit eos ibi.
Et ait Elias ad Achab.
Ascẽde: comede: & bi-
be: qa sonus multæ plu-
uiæ est: Ascẽdit Achab
vt comederet, & bibe-
ret. Elias autẽ ascẽdit in
verticẽ Carmeli: & pro-
nus in terrã posuit faciẽ
suam inter genua sua: &
dixit ad puerũ suũ. Ascẽ
de, & prospice cõtra ma
re. Qui cũ ascendisset: &
cõtẽplatus esset; ait. Nõ
est qcq̃. Et rursũ ait illi.
Reuertere septẽ vicib9.
In septima aũt vice, ecce
nubecula parua q̃si ve-
stigium hoĩs ascẽdebat
de mari. Qui ait. Ascẽde
& dic Achab. Iunge cur
rũ tuũ: & descẽde: ne oc
cupet te pluuia. Cũq; se
uerteret huc atq; illuc:
ecce cœli contenebrati
sunt: & nubes, & vẽtus:
& facta ẽ pluuia grãdis.
Ascendens itaq; Achab
abiit in Iezrahel: & ma-
nus dñi fcã est sup Eliã;

accinctis'q; lũbis curre-bat añ Achab donec ue niret in Iezrahel. Et tũc chorus cantat cõiter. ℟. Deprecabor dñm: & ad Deũ ponã eloquiũ meũ: Qui facit magna, & in-scrutabilia, & mirabilia absq; numero. ℣. Qui dat pluuiã super faciem terrę: & irrigat aquis v-niuersa. Qui facit. Et il-le qui cantauit, vel can-tare debet missam, dicit. Oremus. Oratio.

DEus qui cũ terrã Israel siccitas diu turna vastasset: iterfectis in torrente Cyson pro-phetis Baal prophetis'q; lucorum, Elia in vertice Carmeli orante pluuiã grãdem dedisti: famu-lis tuis, qui vitia in seme tipsis vniuersa pœniten do interimunt: pluuiã; similem tribue: vt quod fuisse antiquis tpibus ge stum nõ dubitamus: id quoq; nřis tpibus te mi serante fieri sentiamus: Per dñm. ℟. Amẽ. Tũc illi duo presbyteri lęta-niam reassumẽtes flexis ante altare genibus iuo cãt sanctũ, sub cuius vo-cabulo est eccřia illa: Et postea surgẽtes cantant. Propitius esto: parce no bis dñe. Choro sič rñ-dẽte: & ita procedũt ad aliã ecclesiã pximiorẽ vsq; ad Peccatores te ro gamus audi nos. Et in-gredientes eam proce-dunt versus altare ma-ius diuidentes se ibi in duos choros: & ille, vel alius subdiaconus pro-cedens in medium antę gradus altaris, cantat le ctionẽ. Lectio epistolæ Beati Iacobi apostoli. c. v.

CHarissimi, Confite mini alterutrũ pec cata vestra: & orate pro inuicem: vt saluemini: multũ enim valet depre catio iusti assidua. Elias homo erat similis no-

bis, passibilis: & oratione orauit, vt nō plueret super terrā: & non pluit annos tres & mēses sex. Et rursum orauit: & cœlū dedit pluuiā: & terra dedit fructū suū. Fratres mei: siquis ex uobis errauerit à veritate: & conuerterit quis eū: scire debet: qm̄ qui cōuerti fecerit pctōrē ab errore viæ suę: saluabit aiām eius à morte: & operit multitudinē peccatoꝝ. Et tunc chorus cantat cōiter. ℟. Dabo duobus testibus meis: & ꝓphetabūt diebus mille ducētis sexaginta: Amictis saccis. ℣. Ii habent potestatē claudēdi cœlū, ne pluat diebus prophetiæ illorum: Amictis saccis. Et iue, qui cantauit, vel cātare debet missam, dicit. Oremus. Oratio.

DA nobis q̄sumus dn̄e pluuiā salutarē: & aridā terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde: Per dn̄m. ℟. Amen. Tunc illi duo presbyteri lætaniam reassumētes flexis ante altare genibus inuocant sanctum sub cuius vocabulo est ecclesia illa: Et postea surgētes cantant. Peccatores te rogamus audi nos. Choro similiter r̄ndente: dirigentes se versus ecclesiā cathedralē, vnde discesserant siue matricem: & ingredientes eam, procedunt versus altare maius diuidentes se ibi, in duos choros: & ibi finita lętania, Ille qui cātauit, vel cātare debet missam, dicit in tono lectionis Pater noster. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Confitemini dn̄o, quoniā bonus. ℟. Quoniam in seculū misericordia eius. ℣. Qui educit nubes ab extremo terræ. ℟. Fulgura

in pluuiā fecit. ℣. Qui operit cœlū nubibus. ℟. Et parat terræ pluuiam. ℣. Qui producit in montibus fœnū. ℟. Et herbam seruituti hominum. ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Ascendāt ad te domine quæsumus preces nostræ: & præsentis rigore iustitiæ in misericordiam commutato, pluuiæ ad nos desideratæ descendant: ut qui iustitiā experti, maiestatem tuam impune offendi non posse didicimus: misericordiam experientes, de bonitate tua desperari non debere discamus: Per dominum nostrum. &c. ℟. Amē. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Et datur benedictio, si fuerit præsens Episcopus: Et sic cantat missa, si ante pcessionē cātata nō fuerit. Sciēdū aūt: q̄ si in ciuitate non fuerint sex ecclesiæ, in qbus fieri supradictę stat iōes possint: aut fuerint quidē, sed nimis distantes: parari poterūt in locis cōgruētibus altaria sex loco dictarum ecclesiarū: & ibi fieri omnia illa, quæ in ecclesiis faciēda fuissent. Sciēdum etiā: q̄ si altaria, de quibus supra: parari nō poterūt: officium supradictū debebit diuidi i sex dies: & quolibet eo℞ dici tota lætania cū vna lectione, vno R̄n̄sorio, & vna oratione: ita tamē: vt versiculi, & responsoria proxime posita cum oratione sua in fine illius dicantur.

FINIS.

EIVSDEM PETRI Barrocii Episcopi Patauini. Officium ad serenitatem postulandam. In primis quidem dicitur missa. Introitus.

Viderunt te aquę de⁹: viderūt te aquę: & timuerūt: & turbatæ sunt abyssi. ps. Multitudo sonit⁹ aquarum uocē dederunt nubes. Gloria patri. Oro.

AD te nos dn̄e clamātes exaudi: & aeris serenitatem nobis tribue supplicātibus: ut q iuste pro peccatis nostris affligimur: misericordia tua præueniente clementiam sentiamus: Per dominū. ℟. Amē.

Lectio libri Exodi. ix.

IN diebus illis, Misit Pharao: & vocauit Mosem, & Aaron, dicēs ad eos. Peccaui etiā nūc. Dn̄s iustus: & ego, & populus meus, impii. Orate dn̄m, vt desināt tonitrua Dei, & grādo: vt dimittam vos: & nequaq̄; hic vltra maneatis. Ait Moses. Cū egressus fuero de vrbe: extendā palmas meas ad dn̄m: & cessabūt tonitrua: & grādo nō erit: vt scias, quia dn̄i est terra. Noui autē, ꝙ & tu, & serui tui, necdū timeatis dn̄m Deū. linū ergo, & hordeū, læsum est: eo ꝙ hordeum esset virens: & linū iam folliculos germinaret. Triticum autem, & far, non sunt læsa: quia serotina erant. Egressus q; Moses a Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad dominum: & cessauerunt tonitrua, & grādo, nec vltra stillauit pluuia super terrā. Videns autē Pharao, ꝙ cessasset pluuia, & grando, & tonitrua: auxit peccatum: & ingrauatū est cor eius;

& seruorũ illius, & indu ratum nimis, nec dimisit Israel, sicut præceperat dñs, per manũ Mosi. Gradua. V ox dñi super aquas: Deus maiestatis intonuit: dñs, sup aquas multas. ℣ Sonuerunt, & turbatæ sunt aquę eorum: cõturbati sunt mõtes in fortitudine eius. A lleluia. ℣ Ab increpatione tua dñe fugiẽt: a voce tonitrui tui formidabunt. Secundum Mathæum. viii.

I N illo tẽpore: Ascendente Iesu in nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt ad eum discipuli eius: & suscitauerũt eum, dicẽtes. Dñe salua nos. perim⁹. Et dicit eis Iesus. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis, & mari: & facta est trãquillitas magna. Porrò hoies mirati sunt, dicẽtes. qualis est hic? quia venti & mare, obediunt ei? Offerto. A pud Deum est sapientia, & fortitudo: & ipse habet cõsilium, & intelligẽtiam: si continuerit aquas: omnia siccabuntur. Si emiserit eas: subuertent terram. Secreta.

P Ręueniat nos quę sumus dñe, gratia tua semper, & subsequatur: & has oblationes, quas pro peccatis nr̃is, & serenitate aeris impetranda nomini tuo consecrandas deferimus: benignus assume: vt per intercessionem sanctorum tuorum cũctis nobis proficiant ad salutẽ: Per dñm. Communio. A ccesserũt ad Iesum discipuli eius, dicẽtes. dñe, salua nos, perimus. At ille surgẽs, imperauit vẽtis, &

tis, & mari: & facta eſt tranquillitas magna.

Poſt communio. QVæſumus omnipotẽs deus clemẽtiam tuam: vt inundantiam coerceas imbrium: & hilaritatẽ vultus tui nobis ĩpartiri digneris. Per dñm. Iſta miſſa dici poteſt & ante proceſſiónẽ, & poſt, ſm locorum conſuetudinẽ. Poteſt etiam dici Miſſa diei, cum cõmemoratione iſti⁹: & ſic ſeruat Romana curia. Poteſt etiã dici Miſſa beatæ virginis, vel ſancti, ſub cuius patrocinio eſt Ciuitas, vel eccleſia: cum cõmemoratione iſtius. Ea igitur finita, & ordinata pceſſione, vt cõmune uotum communis oratio proſequatur: uel (ſi ſm cõſuetudinem loci dici debeat poſt proceſſionem:) omiſſa, duo ſacerdotes, quibus iſtud iniũctũ fuerit, flexis ante altare, vbi miſſa cantata fuit, aut cantãda erit genibus: incipiunt. Aña. Exaudi, exaudi, exaudi domine preces noſtras. Sancta Maria, ora pro nobis. Rñdet Chorus. Aufer a nobis domine iniquitates noſtras: vt mereamur puris mentibus, introire ad ſancta ſanctorũ. Miſerere, miſerere, miſerere populo tuo, quẽ redemiſti Chriſte, ſanguine tuo: ne in æternũ iraſcaris nobis. Ruiſus: duo preſbyteri illi dicunt. Exaudi. vtſupra. Sancta dei genitrix ora pro nobis. Et chorus reſpondet. Aufer. vtſupra. Et cum duo illi preſbyteri dixerint tertio. Exaudi ſubdentes. Sancta Virgo virginu ora pro nobis. Chorus rñdens, vtſupra, ſurgit: & procedere incipit ſub vexillo, populo proſe-

quente cantando vtsupra, versus vnam ecclesiarũ ciuitatis, alternatim cantãtibus illis duobus presbyteris ordine suo lætaniam, & choro rñdente, vtsupra: nominando in ea plures, aut pauciores sanctos, ẜm ecclesiæ illius distantiã: ita vt hymnus sequens statim post Apostolos, anteq̃ ecclesiã illam ingrediantur: cantari possit: & in ecclesia illa finiri. Quidam tamen non dicunt Añ. Exaudi. sed solũ nominant sanctos, quorum patrociniũ imploratur: & chorus loco ℟. Aufer. Dicit. Kirie eleison. Christe eleison. Kirie eleison. Et sic semper respondet. Seu hoc autẽ siue illo modo, cantent, cũm finierint partẽ lætaniæ suprascriptã. & dixerint. Omnes sancti discipuli domini orate pro nobis. Et chorus respondeat, vtsupra: anteq̃ dictam ecclesiã ingrediantur, illi duo presbyteri, choro prosequente, incipiunt hymnum: & sic ingrediuntur ecclesiam. Hymnus.

Contine fontes abyssi,
Magne rerũ conditor:
Atq; cœli cataractas
Claude: ne superfluis
Imbribus pfusa nomen
Terra perdat aridæ.
Claude cœli cataractas,
Ne satis, & arborum
Fructibus limosus humor Obsit: & mortaliũ
Mœsta, q precantur, ora
Cataclysmus obstruat.
Cum Noe fecisse pactũ
Te, memento, & filiis
Eius, & natis eorum,
Ne per imbres amplius
Pullulantis læta terræ
Dissipares germina.
Huiꝰ arcus ille signũ ẽ
Discolor, quẽ desuper
Nubibus cœli sereni
Cõcaua obducentibus,

Sol vidēdū parte mūdi,
Monstrat in contraria.
I ia seruis ergo pacem
Da tuis Rex inclyte:
Et colūbā ferre ramum
Fac oliuę maximi
Vt Noe portasse fertur
Cataclysmi tempore.
E t sacrati, qui renatos
Nos aqua baptismatis.
Scimus: ob pcā, p quæ
Te creator lęsimus:
Nos aqs nūc his sciam⁹
Te iubente corrigi. ℟.
Amen. Et dicitur in tono hymni. Pange lingua gloriosi. Et ita ingredientes ecclesiā illā, procedunt versus altare maius, quod debet esse instructum: diuidentes se in duos choros: & tūc vnus subdiaconus, procedens in mediū, ad gradus altaris cātat lcōnē.

Lcō libri Genesis. viii.

IN diebus illis. Recordatus dn̄s Noe, cunctorūq; animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca: adduxit spiritū super terrā: & imminutæ sunt aquæ: & clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo: reuersę'q; sunt aquæ de terra, euntes, & redeuntes: & cœperūt minui post cētu; quinquaginta dies. Requieuit arca mēse septimo, vigesimo septimo die mēsis, super mōtes Armeniæ. At vero aquæ ibant, & decrescebant vsq; ad decimum mensem. Decimo enim mense, prima die mensis apparuerunt cacumina montiū. Et tūc chorus cātat cōmuniter. ℟.
Adduxit dn̄s spiritū super terram: & imminutæ sunt aquæ: & clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli: Et prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo. ℣. Reuersę'q; sunt aquæ de terra, euntes &

redeuntes: & cœperunt minui post centũ quinquaginta dies. Et prohibitæ. Tunc ille, qui cantauit, vel cantare debet missam: dicit. Oremus. Oro.

Adhuc quę sumus dñe spiritum sup terrã, qui aquas imminuat: & fontibus abyssi cũ cataractis cœli cõclusis, pluuiam pñtẽ ꝓhibeat: vt q olim rege nerantibus aqs nos gaudemus renatos: iidem nunc puniẽtibus aquis, nos gaudeam⁹ fuisse correctos: Per dominum. ℟. Amẽ. Tunc illi duo presbyteri lętaniam reassumẽtes, flexis ante altare genibus, inuocant sanctum, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: & postea surgẽtes cãtant. Omnes sancti innocentes, orate pro nobis. Modo quo supra: choro similiter rñdente: & ita procedunt, ad aliam proximiorem ecclesiã, quousq; finita fuerit, inuocatio martyrũ: & ingrediẽtes eã, diuidũt se i duos choros, vt prius: Et ille, vel alius subdiaconus procedẽs in medium, ad gradus altaris, cantat lectionem. Lectio libri Genesis. viii.

In diebus illis: Cum trãsissent quadraginta dies: aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat: dimisit coruum: qui egrediebatur, & nõ reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit quoq; colũbam post eum: vt videret si iã cessassent aquæ, super faciem terræ. Quę cum non inuenisset, vbi reqesceret pes eius: reuersa est ad eũ, in arcã. Aquæ enim erant super vniuersam terram: Extendit'q; manum suam: & apprehensam intulit in arcam: Expectatis aũ

tem vltra septē diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramū oliuæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe: ꝙ cessassent aquæ sup terrā: expectauit'ꝗ nihilominus septē alios dies: & emisit columbā, quæ non est reuersa vltra ad eum. Et tunc chorus cātat cōmuniter. ℟. Expectatis Noe vltra septē diebus aliis, rursum dimisit colūbam ex arca: At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. ℣. Intellexit ergo Noe: ꝙ cessassent aquę super terrā: At illa. Tunc ille, q̄ cātauit, vel cātare debet missa; dicit Orem⁹. Orō.

AD te nos domine clamantes exaudi: & aeris serenitatem, nobis tribue supplicantibus: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: misericordia tua præueniente, clementiā sentiamus: Per dn̄m. ℟. Amē. Tunc illi duo presbyteri lætaniam reassumentes, flexis ante altare genibus, inuocāt sanctum, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: & postea surgentes cantant.

Sancte Siluester ora pro nobis. Modo quo supra; choro similiter rn̄dente: & ita procedunt ad aliam proximiorem ecclesiam, quousꝗ finita fuerit inuocatio Cōfessorum pōtificum: Et anteꝗ̄ dictam ecclesiam ingrediant, illi duo presbyteri incipiunt, choro prosequente hymnum: & sic ingrediuntur ecclesiam. Hymnus.

FLere nos aer, docet iste nostra
Crimina hæc, per quæ dominum benignum,

In dies, vllo magis incitamus,
Absq; rubore.
Non enim quam nos pluuiam putamus:
Est: sed ex alto lachrymæ cadentes,
Ethere, ad flendum sua prouocante,
Sic mala cunctos.
Nanq; non solis oculis, vti nos,
Cum mali quicq̃ patimur: sed omni
Parte membrorum pariter suorum
Plorat abunde.
Nec prius finem faciet dolendi,
Atq; plorandi mala nostra, q̃ nos,
Corde plorãtes eadem illa, secum
Cernat amaro.
Pro'inde si pulsis nebulis serenum
Protinus cœlum cupimus videre:
Nostra concordi modo lugeamus
Crimina planctu.
His'q; lugentes fore qui beatos
Dixit: æternis quia perfruentur
Risibus: tristes in amica vertet,
Gaudia plãct⁹. ℟. Amẽ.
Et dicit in tono hymni: Iste confessor. Et ita ingredientes ecclesiã procedunt versus altare maius, diuidẽtes se in duos choros, vt supra: Et ille, vel alius subdiaconus, procedens in medium ante gradus altaris cantat lectionem. Lectio libri Genesis. viii

IN diebus illis: Aperiens Noe tectum arcæ, aspexit: vidit'q;: q̃ exsiccata esset superficies terrę: Mense secundo, septimo & vigesimo die mẽsis arefacta est terra. Locutus est autem dñs ad Noe, dicẽs. Egredere de arca tu, & vxor tua, filii tui, & vxores filiorũ

tuorum: cuncta animā-tia quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, q̄ in bestiis & vniuersis reptilibus, quę reptant sup terrā: educ tecū: & egredimini sup terram. Crescite, & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe, & filii eius, & vxores filiorū eius: cum eo: sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia, quæ reptāt super terram, ꝟm genus suū, egressa sunt de arca. Aedificauit autem Noe altare dn̄o: & tollens de cūctis pecoribus, & volucribus mūdis obtulit holocausta sup altare. Odoratus'qꝫ est dn̄s odorem suauitatis: & ait ad eū. Nequaq̄ vltra maledicam terræ, ꝓpter homines. sensus enim & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescētia sua. Non igitur vltra percutiam omnem animam viuentem, sicut feci, cunctis diebus, terræ sementis, & messis: frigus, & æstas, & hyems, nox, & dies nō requiescent. Et tunc chorus cātat cōmuniter. ℟. Nequaq̄ maledicam terræ, propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescētia sua. ℣. Non igitur vltra percutiam omnem animam viuētem, sicut feci. Sensus enim. Tunc ille, qui cantauit, vel cantare debet missam, dicit. Oremus. Oratio.

PReueniat nos quę sumus dn̄e gratia tua semper, & subsequatur: & has orones, quas pro peccatis nostris, & serenitate aeris impetrāda nomini tuo deferimus: benignus assume: vt per intercessionē sanctorum tuorum cunctis

nobis proficiant ad salutem: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecu3 viuit & regnat in vnitate &c. ℟ Amen. Tunc illi duo presbyteri, læta nimium reassumentes, flexis ante altare genibus, inuocant Sanctum, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: & postea surgentes cantant. Sancte Benedicte, ora pro nobis. Choro similiter respōdēte: & ita procedūt ad aliam ecclesiā proximiorem, quousq; finita fuerit inuocatio confessorum simpliciū: & ingredientes eam, procedunt versus altare maius, diuidentes se ibi, in duos choros, sicut de aliis dictum fuit: & ille, vel alius subdiaconus, procedens in medium, ante gradus altaris cantat lectionem. Lectio libri Genesis. ix.

IN diebus illis: Dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo. Ecce ego statuā pactum meū vobiscum, & cum semine vestro post vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum, tam in volucribus, q̄ in iumentis, & pecudibus terræ, cunctis'q;, quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ. Statuam pactu3 meum vobiscum: & nequaq̄ vltra interficietur omnis caro aquis diluuii: neq; erit deinceps diluuium, dissipans terram. Et tūc chorus cantat cōmuniter. ℟ Statuam pactum meum vobiscum: Et nequaq̄ vltra interficietur omnis caro aquis diluuii. ✠ Neq; erit deinceps, diluuium dissipās omnem terram: Et nequaq̄. Et ille, qui cantauit, vel cātare debet missam, dicit. Oremus.

QVæsumus Oro. oipotens Deus, vt inundantiā coerceas imbrium: & hilaritatē vultus tui nobis impartiri digneris: Per dominum nostruꝫ Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate &c. ℞. Amē. Tunc illi duo presbyteri lætaniam reassumentes, flexis ante altare genibus, Sāctum, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: inuocant: & postea surgentes cantant Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis. Choro similiter respondente: & ita procedunt ad aliam ecclesiam proximiorem: & finita inuocatione omniū sanctorū, hoc est. Omnes sancti & sanctę Dei, intercedite pro nobis. Anteq̄ dictam ecclesiā ingrediantur, illi duo presbyteri, incipiūt, choro prosequēte: hymnū. Et sic ingrediuntur ecclesiam. Hymnus.

MVndare consciētias
Multis repletas sordib⁹
Effusus instar gurgitū
Nos imber iste cōmonet

Si nanq; nō fecerimus,
Quod admonet: nos omnium,
Statim potest cum sordibus
Iniquitatem mergere.

Lauemus ergo fletibus
Immunda mentis sordidæ,
Et lachrymarū fœtidū,
Effusione spiritum.

Vt iustus ille cordium
Mundorū amator, intuens
Lotos, aquosis imbrib⁹
Lauare velle desinat.

Asperge mœstos isopo
Rex inclyte: & mundabimur:
Laua gemētes: & super
Niuem nouellam alba-

ad delēdam vniuersam carnem: Et recordabor. Et ille, qui cantauit, vel cantare debet missam, dicit. Oremus. Oratio.

DEus, qui statututū te pactum nobiscum pollicens, non fore deinceps diluuiū omnē terrā dissipans spospondisti: recordare fœderis tui, fœderis sempiterni: ne quos (quia ita pollicitus es) diluuio vltra non potes, eos consumptis frugibus, fame, quę à pluuię huius diluuio prouenit, occidisse dicaris: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecū viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Tunc illi duo presbyteri, lætaniam reassumentes, flexis ante altare genibus, inuocant Sanctum, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: & postea surgentes cantant. Propitius esto, parce nobis domine. Choro similiter respondente: & ita procedunt ad aliam ecclesiam proximiorem vsq; ad Peccatores te rogamus audi nos. Et ingredientes eam, procedunt versus altare maius, diuidētes se ibi in duos choros; & ille, vel alius subdiaconus, procedens in medium, ante gradus altaris cantat lectionem. Lectio libri Exodi. ix.

IN diebus illis: Misit Pharao: & vocauit Mosem, & Aaron, dicēs ad eos. Require in Epistola missæ. Qua finita, chorus cantat cōmuniter. ℟. Egressus Moses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad dominū: & cessauerunt tonitrua, & grando: Nec vltra stillauit pluuia super terrā. ℣. Videns autem Pha-

rao, ꝙ cessassent pluuia, & grando, & tonitrua: auxit peccatũ: & ingratum est cor eius, & seruorũ illius: Nec vltra stillauit. Et ille, qui cantauit, vel cãtare debet missã, dicit. Oremus. Oro.

DEus, qui sic exigẽtibus peccatis nostris, nubem tibi opposuisti, ne trãsiret oratio: humiliantis se quæsumus populi tui oratio, penetret nubes: eis'ꝗ te imperante, cum omni pluuia sua disiectis, serenitas optata succedat: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. ℟ Amẽ. Tunc illi duo presbyteri lætaniam reassumentes, flexis ante altare genibus, inuocãt Sanctum, sub cuius vocabulo est ecclesia illa: & postea surgentes cantant. Peccatores te rogamus audi nos. Choro similiter respondente: dirigentes se, versus ecclesiam cathedralem, vnde discesserãt, siue matricem. Et ingredientes eam, procedunt, versus altare maius: diuidẽtes se ibi in duos choros, & ibi, finita lętania ille, qui cantauit, vel cantare debet missam, dicit in tono lectionis. Pater noster. Et ne nos. ℟ Sed libera nos. ℣ Confitemini domino quoniã bonus. ℟ Quoniam in seculũ misericordia eius. ℣ Qui aufert stillas pluuiæ. ℟ Et cœli cataractas claudit. ℣ Qui adducit spiritum super terrã. ℟ Et aquas eius imminuit. ℣ Qui statuit pactum nobiscum. ℟ Et non sit vltra diluuiũ dissipãs terram. ℣ Domine exaudi orationẽ

meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui tempore magni illius, & vniuersalis diluuii colū bam post coruum emissam, cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, ad arcam redire, & septem expectatis diebus rursum dimissā oliuæ ramum virētibus foliis in ore suo portare fecisti: populi tui preces exaudi: & immundo spiritu, qui per coruum nō reuertētem significatus fuit, expulso, Spiritū sanctum, quem columba illa figurabat, emitte: vt cessasse iam super terrā aquas intelligentes, pacem, quæ per oliuæ ramum ostēditur, sibi redditam gratulentur: Per dominum nostrum Iesum Christū filium tuū. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorū. ℟. Amē. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Et datur benedictio, si Episcopus præsens est: & sic cantatur missa, si ante processionem, cantata non fuit. Sciendum est autem: quod, si in ciuitate non fuerint sex ecclesiæ, in quibus fieri possint stationes prædictæ: aut fuerint quidē, sed nimis distantes: parari poterunt in locis cōgruentibus, altaria sex earum loco: & ibi fieri omnia illa, quæ in ecclesiis facienda fuissent: & altaria ista (si fieri poterit) parari debebunt sub aliqua porticu, propter imbres continuos: ne ab eis impediatur officium. Sciendum etiam:

Officiũ ad serenitatẽ aeris impetrãdã

ꝙ si altaria prædicta parari non poterunt: officium suprascriptum diuidi debebit in sex dies: & quolibet eorum dici tota lætania cum vna lectione, vno responsorio, & vna oratione: ita tamen: vt versiculi & responsoria proxime posita cum Oratione sua in fine officii cuiuslibet diei dicantur.

FINIS.

Venetiis in Aedibus Io. Antonii & Fratrum de Sabio. Anno Domini. M D XXXI. Mẽse Septẽb.

Non sine priuilegio, & sub pœna excõmunicationis, vt in priuilegio continetur.

Registrum.
a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y z & ꝯ ꝶ Omnes quaterniones præter a duerniones.

mors. corporis qn̄ discedit anima ta. 5.
mors aīe qn̄ ī corpore discedit a deo
mors aīe qn̄ ꝑ corpore discedit et a deo
mors aīe qn̄ resurgit longe a deo

vita qn̄ corpori unita est anima.
vita aīe qn̄ ī corpore unita ē deo
vita aīe qn̄ ī morte unita ē deo
vita aīe qn̄ resurgit cū corpore unita deo

- Resurrectio ꝑ batismū
- Resurrectio a peccato ꝑ penitentiā.
- Resurrectio qn̄ aīa uniṫ corpori
- Resurrectio aīe qn̄ unita deo uniṫ corpori

& Tab. III